cuiuscq̄ caro stantis supra pedes suos. sicut dicitur in zach. quouscq̄ p verbuz asperū dānati. s. ite maledicti. peccatis grauati. cadant casu perpetuo in infernum. Tunc infern⁹ insatiabilis ab initio mundi inhyans claudet os tanq̄ satiatus. ꝛ dñs cum potestate magna sic confortabit seras portaruz eius. vt nec diabolus nec homo pl⁹ exeant nec amplius inde videant sicut modo faciunt. quia modo vident gl̄iā sanctoz. O q̄durus est hic sermo. quem si peccator aduerteret nunq̄ modo tā letus esset. quia et iusti recogitantes diem iudicij pre timore contristant. Exemplū de quodam rege grecie.

Dominica tercia aduentus de epistola.

Sermo. VIII.

Sic nos existimet homo vt ministros christi. j. Cor. iiij. Quoniaz sm sanctos in presenti nullus status spūalis potest esse indifferens. q̄n aliqui seruire debeamus. adeo apl's in premissis verbis hortat primo nos vt poti⁹ christo q̄ alteri seruiamus. cum dicit. Sic nos existimet homo vt ministros christi. non mundi. non diaboli. sed christi. Secundo vt hoc ipsum seruitū fideliter expleamus. et hoc innuit cum dicit. Hic iam q̄ritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniat. Vere acquiescēdum est apl'o vt potius christo q̄ alteri seruiamus triplici ratione. videlicet quia iustū. quia honestū. et q̄ vtile. Justū tripliciter. Primo quia nos creauit. Secūdo quia redemit. Tercio quia nobis seruiuit. Vere iustum est ei seruire. quia nos creauit. Unde p̄s. Seruite dño in leticia. Et subdit. Scitote quia dñs ipe fecit nos. Carissimi indignum esset cuilibet si res ad suum ministerium facta contempto eo alteri deseruiret. sic et ipse p moysen de talibus dic. Prouocauerūt me in dijs alienis. et obliti sunt creatoris sui. Iteꝝ secundo iustum est ei seruire. quia redemit nos. Unde apostolus. j. Cor. vj. Empti enim estis precio magno. Et subdit ministerium. Glorificate ꝛ portate deū in corpore vestro. Que redēptio quanto fuit cariot. quia nō corruptibilibus auro vel argento sed precioso sanguine. tāto offensa grauior si alteri et nō sibi seruiremus. Ūñ Bern. in persona christi dicit. Quid est q̄ inimico meo vestroq̄ libet seruire magis q̄ mihi. Non ille vos pascit. non ille tēpa vestra disponit. non ille vos redemit. sed ego. Item tercio iustum est est ei seruire. quia nobis seruiuit. Unde in Luc. xxij. Ego sum inter vos quasi ministrator. et seruiui vobis in purgatione tui spiritualis. Unde Esa. Seruire me fecisti in peccatis vestris. Et q̄ laboriose seruiuit ostendit Petrus. quia peccata nostra in ligno pertulit. quādo pro peccatis nostris passus fuit. Secundo ministrandū est christo quia est honestum. Si enim honestuz est nobilibus huius seculi et principibus seruire. multo fortius honestuz est illi seruire qui est rex regū et dominus dominantium. Cui seruire sm Greg. regnare est. Unde beata agatha dixit. Summa ingenuitas ista est in qua seruitus christi comprobatur. et maxime quia ipse suos ministros non seruos vocat sed amicos Joh. xv. Jam non dicam vos ser. sed amicos. Unde in Ecc. xxiiij. Gloria magna est sequi dominum. Item tercio ministrandum est poti⁹ christo. quia vtile. Et q̄ vtile tangit dominus in Johāne. Si quis michi. mini. honorificabit me. honorificabitur autem tripliciter. In morte per ministerium angelorum. Luce. xvi factum est autem vt mor. mendicus et porta. ab angelis. Vere solacium est non solum diuitibus sed etiam mendicis. q̄ a tātis principibus deportari debent. scilicet angelis. Exemplum ca. j.

¶. L. Item honorificabit eos in iudicio. ¶ quantus honor in illo generalissimo colloquio quādo collocabit eos a dextris. ⁊ coram toto mūdo ipsor ministeriū cōmendabit dicens. Esurriui ⁊ de. mi. man. Hanc cōmendationē appetere deberent qui hic torneamenta. ⁊ alios ludos faciūt. ⁊ laborāt vt tpali ter laudent ⁊ quor postea mēoria perit cū sonitu cāpanar. Itez honorabit eos regnum celeste cōferendo dicens. Venite bñ. pa. m. pci. reg. ⁊c. Si tantū ministeriū impēdit a seruientibus suis dñis p vna villa vel duabus. mlto magis impenderēt p vno regno tpali si illud scirent se adipisci. ꝯ maxmū tūc deberent ministeriū impendere deo. p illo regno celesti ⁊ meffabili. in q̄ ipse creator ministrabit eternaliter eis. Et transiens inquit. Luc. xij. m ministrabit eis.

¶ K Postq̄ aūt aplus hortatus est ministros xpi nos esse. cōsequenter hortatur nos vt ipm ministerium fideliter adimpleamus. cū dicit. Hic iam queritur inter dispensatores vt fide. quis inue. Sic ⁊ xpus querit inter suos dispēsatores. vt in illis que eis ad ministrandum cōmisit fideles inueniant. Cōmisit aūt tria. s. res corpus ⁊ aiaz. vt scz rebus seruiatur in elemosynis. Iuxta illud Luc. vj. Oīi petenti te tribue. Exemplū ca. iij. ¶. Corpe vo in diuersis obsequijs. Iuxta illud aplī Ro. vj. Sicut exhibuistis corpa vestra seruire imū. ita nunc exhibete mēbra vestra seruire iustitie. Sed spū in diuino amore ⁊ desiderio. Iuxta illud quod dicit aplus Ro. j. Cui seruio in spū meo. Et alibi. Spiritu feruentes dño seruientes. Exemplū ca. j. d. Quor triū si vnū in ministerio xpi subtrahitur infidelis iudicat. Magnū q̄dem in rebus ministeriū ꝫ in corpore maius. ꝫ terciū in spū maximū.

De euāgelio. Sermo. IX.

Quid existis in deserti videre arundinē vento agitatam. Matth. xj. ¶ L In his verbis cōmendat a dño iohānes baptista Que cōmēdatio triplici de causa ē cōmendabilis. vicz quia vera. discreta et cōdigna. Vera ⁊ discreta ex pte cōmendantis. Condigna ex pte cōmendati. Verar ex pte cōmendantis. quia iesus qui solus veraciter veritatē nouit ⁊ nil tempale p cōmendatione requirit cepit dicere ad turbas de iobe. scz cum cōmendando Job. xij. Ego sum veritas Aplus Ro. iij. Oīis homo mendax deus aūt verax est. Discreta etiā ex pte cōmendantis quia more sapientis discrete cōmendauit. vt em̄ vitaret suspitionem adulationis nō pīsentem nec in pīsentia suor discipulorū iobem voluit cōmendare sed in absentia. Unde illis absentibus cepit dicere ad turbas. Cōdigna ex parte cōmendati. Dignuz em̄ fuit vt iohānes lucerna lucens ⁊ ardēs a sole iusticie cōmendatus poneretur supra candelabr ostēsionis. vt vita sua luceret eis qui xpm reprobabant. quibus ⁊ dignitas vite ipsius ostenditur. cum dicitur. Quid existis in desertum videre arundinem vento agitatā. fuit in deserto quidez iohānes sed arundo deserti nō fuit. ¶ O Mundus dicitur desertū quasi deserens xpm. ⁊ p cōsequens deserens omne bonū. In hoc deserto peregrinant ⁊ affliguntur filij israel. in quo est serpens flatu adurens superbie. Scorpio luxurie capite illudens ⁊ cauda pūgens. Et de ipsas auaricie qui lesos nimis sitire facit. Quia Job. xij. dicit. Omne quod est in mundo aut est concupiscentia carnis aut concupiscentia oculor aut superbia vite. In quibus omnibus beatus iohānes dño teste manēs in mūdo imunis fuit. Nō em̄ sic dicit dñs arundo fuit in luto radicatus p luxuriā. quia virgo. Intus vacuus per auaricia quia tempalia tanq̄ stercora reputans desertuz petijt. Nec vento agitatus per superbiā. quia humilia semp concupiuit. Unde vestiebatur pilis camelorū ⁊ alijs vilibus. Et

quia oīnibus in vita dissimilis fuit ꝯ
pre omnibus a dño dignus fuit cōmē
dari. Non debemus esse arundo radi
cati per luxuriam illis consimiles. de q̄
bus Joelis. j. Computruerūt iumēta
in ster. suo. Vocaui per auariciā. Ecē.
v. Auarus nō implebitur pecunia, Uē
to aitati per superbiam. Ecē. v. Non
ventiles te nomnē ventum. Ista enim
tria sunt que ipediūt inuitatos ad eter
num conuiuiū venire. scz luxuria. aua
ricia ⁊ supbia. ¶ N Luxuriā pri
mo pono. Hec ē em familiarioꝛ pestis
sed grauioꝛ ceteris. familiarioꝛ est ha
bitans nō ꝓcul sed ꝓpe. nō exterius ꝙ
interius. nam virtus eius in lumbis eiꝰ
tē. Grauioꝛ est ceteris. quia cum oīne
aliud peccatum facit homo extra coꝛ
pus peccat. qui aūt fornicatur in coꝛpꝰ
suum peccat. Quod sic exponit Augꝰ.
quia in omni alio peccato r̄no hois li
bera est. In fornicatione aūt adeo ab
sorbetur homo. vt totus homo nō aliō
sit q̄ caro. Unde ⁊ inter inuitatos cum
se alij rogarent excusari. ille qui vxoꝛez
duxit nō rogauit. Unde beatus Iobes
inter tria mundi delectabilia. primo cō
cupiscentiā carnis posuit. Luxurari em
est pestis amara que animā cōmaculat
coꝛpus eneruat. bursaz euacuat. formā
destruit. formā perdit. deum amittit. ꝓ
primū offendit. ⁊ ad ignem gehenne pꝛ
ducit. hec omnez etatem coꝛrumpit. ⁊
omnē sexum soluit. omnē gradum per
uertit. inuadit senes ⁊ iuuenes. mares
⁊ femīnas. nō reuerēt regum purpurā
⁊ pauperū fragloꝛē nō abhoꝛret. ⁊ q̄s
potest eius diuersas pestes explicare.
Hec pentapolim cū adiacenti regione
subuertit. Hec her ⁊ onā filios iude pꝛ
cussit. tribum beniamin ꝓ vxoꝛe leuite
deleuit. filios hely sacerdotis in bello
pstrauit. viam occidit. amon interfecit
pbyteros lapidauit. samsonem seduꝛ
xit. salomonē infatuauit. ⁊ multos vul
nerauit. ⁊ fortissimi quiq̄ ceciderūt per
eam. ¶ Et vt mundus melius va
ceat libidini ꝓpter nutrimentū volupta
tis se conuert it ad auariciā. Unde poe
ta. Diuitijs aliter luxuriosus amoꝛ. Et
satyricus. Nullum crimen abest faciesq̄
libidinis ex quo paupertas antiqua
parit. Legitur de romanis quondā pau
peribus. Auaricia em radix est omniū
maloꝝ. Hec est arūdo vacua. quia aua
rus nunq̄ implebitur pecunia. Ab yꝰ
sus insatiabilis que nunq̄ dicit sufficit
Quia quo plus sunt pote plus sitiunt
aque. Terra suis limitibus artat. Aq̄
suis finibus limitatur. Aer fine suo
clauditur. Auaritia nullo fine termiat
Et quare. Quia hūanus animus nul
lius capax est finaliter nisi solius dei.
Nō potest ergo plenus esse quātūcūq̄
habeat nisi deū habeat cuius capax est
Si vis ꝙ satiari desinas ē cupidus qz
dū cupidꝰ fuerꝭ satiari nō poterꝭ. Ꝓ
hac auaritia homo laboꝛans mutat re
gna. patitur naufragia. ad mendacium
currit. federa rumpit. amicitias soluit.
vincula cōsanguinitatis dissoluit. aua
rus offendit deū. offendit ꝓximū. offen
dit seipsum. Nam deo detinet debita.
ꝓximo denegat sua necessaria. sibi sub
trahit opoꝛtuna. quia inuētis miser ab
stinet ⁊ timet vti. Auarus ad petendū
ꝓmptus ad dandum tardus. ad negā
dum ꝓsumptuosus. Si quid expendit
quasi totum amittit. quia grauis coꝛ
quent auari amissi memoꝛes q̄ delectē
tur habendo. Tristis querulus solicitꝰ
suspiraꝛ magnificat darū. vilificat dan
dum. largus in alieno sed parcus in ꝓ
prio. Manū habet ad dandum colle
ctam. sed ad accipiendum apertā. Sed
certe cum interierit nō sumet oīa ne
q̄ descēdet cum eo gloria eius. Sed re
linquet alienis diuitias suas ⁊ sepꝰcra
do. coꝝum. ⁊ in bonis suis luxuriabit
alius. ¶ Postq̄ autem auarus di
tatus fuerit tendit ad honoꝛem. in sup
bia extollitur ꝓsumens se meliozem. q
cernit se superioꝛem. Ꝓtoꝛes dedigna
tur amicos notos ignoꝛat hesternos co
mites cōtemnit antiquos. vultum peꝛ
uertit. ceruicem erigit. grandia loquit.

sublimia meditatur. subesse nõ patitur precesse molitur. Sed certe vidi impiũ superaltatum ⁊ transiui ⁊ ecce nõ erat.

Dñica quarta aduentus de epistola.

Sermo. X.

Gaudete in domino semper iterum dico gaudete Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. dñs ppe est. nihil solliciti sitis. sed in oñi obsecratione ⁊ oratione petitiões vestre innotescant apõ deum. Phil. iij. In his verbis apostolus quatuor facit. Primo ad gaudium spirituale inuitat. cum dicit. Gaudete in dño semper iterum dico gaudete. Secundo causam gaudij innuit cũ dicẽ dñs ppe ẽ. Tercio impedimentũ gaudij notificat cũ dicit. Nihil solliciti sitis Quarto ꝓmotionẽ gaudij demõstrat. cum dicit. Sed in omni oratione ⁊ obsecratione pe. ve. inno. ¶ A Inuitãdo ergo ad gaudium spirituale dicit. Gaudete in dño nõ i mũdo nec in peccato sicut impij faciunt. De ꝯbus Prouer. ij. Letantur cum malefe. ⁊ exul. in rebus pessimis. Vox gaudium est miserabile. Tale em ẽ ac si aliquis gauderet. si cecidisset in lutum fetidissimum. Peccatũ em ꝯ imundissima res sit patet in angelo quem sic deturpauit. Unde Esa. xiij. dicit. Lucifer ꝓpter pulcritudinẽ. ⁊ post casuz sequit ibi. sanie obuolutus ꝓpter turpitudinem. Itẽ gaudete in dño. non in mõdo sicut gaudent mundani qui in tribus gaudent. sicut habetur Hiere. ix. Non glorietur ꝑt sapiens in sapientia sua. neq; fortis in fortitudine sua. neq; dives in diuitijs suis. Hoc enim gaudium est vanum ⁊ mane. Nam sapientia mundana stultitia est apud deuz. Sicut dicit apostolus. Ipsa est enim sicut ligni putridi lumen. quod apparet in nocte sed non de die. In tenebris enim presentis vite videtur sapientia. sed in futuro apparebit ꝙ est insapientia. Propter quod dicitur Ecclesiast. ix. Ne ratio nec sapientia est apud inferos quo tu ꝓperas

De fortitudine etiam corporis nõ est gaudendum. Quia fortioribus fortior instat cruciatio. Sicut dicitur Sapiẽ vj. Et quia gaudere de fortitudine corporis non est gaudere nisi de fortitudine sui aduersarij. Corpus enim spiritui semper aduersatur. Sicut dicit apostolus ad Gal. v. Exemplum in ꝓmptuario capitulo. j. B. De diuitijs nõ est gaudendum. quia non proderũt in die vltionis. Sicut dicitur Prouerbi. vj. Et etiam quia gaudere de diuitijs. nõ est nisi de hoc gaudere ꝙ habet molam magnam ad collum vt citius demergatur in ꝓfundum inferni. Unde Job. xxj. Ducũt in bo. di. su. ⁊ in punc. ad inferos descendũt. Unde Luce. xvj Mortuus est dives ⁊ sepultus in inferno. Unde cum predicta gaudia sint vana. Apostolus ad verum gaudium inducens ait. Gaudete in dño Habẽ. iij. Ego aũt in dño gaudebo. Et Esa. Gaudens gaudebo in domino. ¶ B Causam autem huius subdit cũ dicit. Dñs ppe est. Hec ẽ em causa gaudij. scz ipsius ꝓpinquitas. Est autẽ duplex ipsius ꝓpinquitas aduentus de quo debemus gaudere. Videlicet aduentus redemptionis ⁊ retributiõis. Pro tanto apostolus ingeminat gaudium dicens. Gaudete in domino iterum dico gaudete. De primo scz redemptionis aduentu quo venit in carnem dicitur. Mathei. xxj. Dicite filie syon ecce rex tuus venit tibi. id est pro tua redemptione. Venit enim tunc filius hominis querere ⁊ saluuz facere quod pierat. Qui aduentus prope est per representationem. Hec est enim propinqua dominica natiuitati. De cuius aduentus propinquitate multum debemus gaudere. Unde ⁊ angelus dixit pastoribus Annũcio vobis gaudium magnum. quia natus est vobis saluator.

¶ De secundo aduentu scz retributionis quo veniet ad iudicium. ⁊ de ppin quitate eius dicitur Apo. vlt. Ecce venio cito ⁊ merces mea mecuz est. Et de hoc aduentu multum debemus gaudere ꝓpter retributionē. Unde Math. v Gaudete ⁊ exul. ecce mer. ve. multa est in celis. Uere multa. quia ipse deus q̄ erit omnia in oīibus. Unde Geñ. xv Ego merces tua magna nimis. Gaudete ergo ꝓ aduentu redemptionis. iteꝝ dico gaudete ꝓ aduentu retributionis quia ꝑm vtrūq; aduentū dñs ꝓpe est.

¶ Tercio impedimentū huius spiritualis gaudij demonstrat. cum dicit. Nihil solliciti sitis. Solicitudo em̄ tēporalium ⁊ carnalium est maximū impedimentū gaudij spūalis. Gaudium em̄ spūale vni deo innititur sed solicitudo trahit ad diuersa. Et hoc inuit dñs in Maria ⁊ martha. Nam maria vni deo vacabat ad eius pedes sedendo ⁊ in illo gaudebat. ꝓpter hoc dixit xp̄us Porro vnū est necessariū. scz illis qui spiritualiter volunt gaudere. Sed martha circa plurima vsabatur. ⁊ ideo nō gaudebat sed turbabatur. ideo dixit ei dñs. Martha solicita es⁊ turba. er. plu. Unde ⁊ dñs aplis vt spūaliter gaudere possent. ꝓhibuit tempalem solicitudinē dicēs. Math. v. Nolite solliciti esse dicētes quid man. aut quid bi. Neq; cooperi vestro q̄d indua. Et post subdit de spūali gaudio dicens. Primum querite regnum dei. Exemplū in ꝓmtuario. ca. xvj. A. D ¶ Quarto ostendit gaudij ꝓmotionē esse deuotionem cum dicit. Sed in oīi obsecratione ⁊ oratione ⁊ gratiarūactione petitiones vestre innotescant apud deū. Deuotio em̄ est feruor bone volūtatis quē mēs cohibere non valens certis manifestat indicijs. Et ponit aplus in p̄missis verbis tria indicia deuotionis. scz orationem. obsecrationem. ⁊ gratiarūactōez Oratio est cum deo familiaris locutio Sed obsecratio est maioris instantie locutio. Unde dicit. Obsecratio quasi p̄ sacra adiuratio. sicut cum dicimus. p passionem tuam. vel p aliud cōsimile. Gratiaꝝ vero actio debet esse de pceptis. siue ꝓsperis siue aduersis. Ad p̄dicta monet aplus Col. iij. Orationi instate ⁊ vigilate in ea in gratiarū actione. Per hoc em̄ multū ꝓmouet gaudiū spūale. Unde p̄s. Exul. la. me. cum cantauero tibi. scz p orationē obsecrationem ⁊ gratiarūactionem. Unde augustinus de doctrina xp̄iana. Cuz deo nihil digne possum? facere admisit tamen humane vocis obsequiū. ⁊ verbis nostris in laude sua gaudere nos voluit. Exemplū in ꝓmptuario. ca. xv. H. Aliud exemplū ibidem. F. Gaudete ergo in dño predicto modo. iterū dico gaudete. Quod gaudiū spūale nobis p̄stare dignetur. qui viuit ⁊ regnat.

De epistola. Sermo. XI.

Gaudete i dño sp

Iterum dico gaudete. vsq; nihil sol. ⁊c̄. Phil. iij. In hac epistola inuitat nos apostolus ad gaudium spirituale. Et innuit nobis circa ipsuz quatuor necessaria. Uidelicet gaudij materiam. frequentiam. discretionem. ⁊ causam. Primū scz gaudij materiam cum dicit. In dño. Secūdū scz gaudij frequentiam vel pseuerantiā cum addit. Semp. Tercium scz gaudij discretionem subiūgit cum dicit. Modestia vestra. Quartum scz gaudij causam ostendit cum ait. Dominus ꝓpe est.

¶ Volentibus ergo spiritualiter gaudere. Primo ponit apostolus gaudij materiam tanq; fundamentū. ne aliam gaudij materiam sicut quidam faciunt amplectantur. Quidam em̄ gaudent in inferioribus. id est in peccatis scz luxurijs. ebrietatibus ⁊ consimilib? De quibus in Prouer. ij. Qui letantur cum ma. ⁊ exul. in re. pes. Quidam in exterioribus. id est tempalibus. qui ꝑm p̄s. In multitudine diuitiarum suaruz

grant. Quidam in interioribus. id est bona conscientia. Secura enim mens est quasi iuge cõuiuiũ ps. omnis gloria eius filie regis ab intus in ftm. au. Quidaz in superioribus. id est in dño & in gloria eius. De quibus Abac. iij. Ego aũt in dño gaudebo. Primũ gaudiũ est damnabile. Tenent enim tympanũ & cytharã & gaudent ad sonitũ organi & in pũcto ad infernũ descendunt. sicut dicit Job. xxj. Idez. Gaudiũ hypocrite ad instar puncti. Secundũ gaudiũ est detestabile. quia nõ in veritate ẽ in vmbra gaudent. Unde. Sap. v. Transierũt omia tanq̃ vmbra. Et amos. vj. Qui letamini nihili. Tertiũ gaudiũ ẽ approbabile. Quia sicut dicit in Prouer. xvij. Animus gaudens etatem floridã facit. Et aplus. ij. Corinth. j. Gloria nostra hec est testimoniũ sciẽtie nostre. Quartũ gaudiũ est laudabile. quia in eternis est. Quod oculus nõ vidit nec auris audiuit nec in coz hoĩs ascendit. Ad hanc vltimã & felicioꝛem gaudij materiã hoꝛtat nos aplus cum dicit. Gaudete in dño. vt dñs quo nihil melioꝛ materia sit gaudij. ¶ Sed quia parum est ad tps gaudere in dño & tempe temptationis recedere. ideo ꝓsequenter adiũgit gaudij frequentiam vel pseuerantiã cũ dicit. Semp. Tho. iij. Omni tempe benedic deũ. Quãtũ enim malũ sit in hac gaudij materia nõ pseuerare. modo iudas sentit qui vnus de discipulis fuit. quando dñs dixit de eoꝝ gaudio. Non pñt filij sponsi lugere q̃diu cũ illis est sponsus. Et qz nõ pseuerauit melius ei esset si natus nõ fuisset. sicut & angeli q̃ de tali gaudio ceciderunt. Quid aũt hoiem in hoc gaudio ꝓmoueat. consequenter ostendit cum dicit. Modestia vestra nota sit oĩbus hoĩbus. Modestia siue modus discretionis. nõ tm̃ ꝓncipia verumetiam rerum exitus mentur. Multi enim in inchoatione facti moduz nõ habentes. non perueniunt ad finem facti. Unde & primus angelus. quia nimis in principio in gaudio dilatare se voluit ad finem gaudij non peruenit. Substantia enim ad quã festinatur minuetur. Sicut dicit salomon Prouer. xxx. Unde & poeta dicit. Est modus in rebus sunt certi denicq̃ fines. Quos vltra citraq̃ nequit cõsistere rectũ. Modestia ergo vestra nota sit omnibus hominib?. rationabile obsequium vestrum ostendentes. ¶ Ꝟ Causam autem huius tanti gaudij subiungit cum dicit. Dominus ꝓpe est. quia in ventre virginis per carnem assumptam. In mente hominis per gratiam. In morte cuiuslibz per particulare sententiam. In fine mundi per vniuersale iudicium. ¶ Primo modo est ꝓpe quia hec est vltima dñica in cuius hebdomoda saluatoris natiuitas recolit. Cant. ij. En ipse stat post parie. ¶ Secundo modo ꝓpe est scilicet per gratiã. Quia dicit in Apoc. iij. Ego ad ostium sto & pulso. ¶ Tercio modo est ꝓpe scz per mortem. Sicut dicitur in Matheo iij. Jam securis ad radicem. posi. est. id est sententia mortis. Ex quo enim homo nascitur secum portat mortis sententiã. Unde Luce. xij. Qua hoza nõ putatis filius hominis veniet. ¶ Ultimo modo ꝓpe est per vniuersale iudicium. quia nos sumus in quos fines seculoꝝ peruenerunt. Nos ergo in domino non extra dominũ manentes de ꝓxima ꝓpinquitate scilicet festiuitatis debemus gaudere ꝓpter saluatoris nostri natiuitatẽ. Luc. ij. Annuncio vobis gaudium magnuz quia natus est vobis saluatoꝛ. De secunda ꝓpinquitate scz gratie debem? gaudere ꝓpter ipsius consolationem. Joh. xvj. Paraclitus quez ego mitto vobis ille vos docebit omnia. & suggeret. De tercia ꝓpinquitate mortis debem? gaudere ꝓpter exilij cuasionem. ps. Heu mihi quia incolatus meus ꝓlongatus est. Et apostolus. Cupio dissolui & esse cum christo. De quarta ꝓpinquitate scz iudicij debemus gaudere ꝓpter

eorpozum glorificationem. Quia sicut dicitur Math. xiij. Fulgebūt iusti sicut sol. Et ppter laboz remunerationem. Ps. Venientes aūt venient cum exul. portantes manipulos suos. Ad quam exultationez vt in ipso semp possimus gaudere. nos perducat gaudij auctor ihesus xp̄us. Qui viuit.

De euāgelio. Sermo. XII.

Ego vox clamantis in deserto parate viam dñi. rec. fa. se. dei nostri. Joh. j. In pphete t euāgeliste duo debemus cōsiderare. Et primū de clamore quē tangit cū dicit. Ego vox cla. Secūdum de clamoris intentiōe quā inuit cū subdit parate viam dñi rec. fac. se. dei no. ¶ In primo innuūt duo vicz tohis officiū. t hoc in vocis compatione cū dic Ego vox. Et xp̄i beneficiū in ipius clamatione cum dicit. clamantis. id est xp̄i Johes autē compatur voci p officium multipliciter. Et primo quia missus fuit ante xp̄m sicut vox ante verbū. Unō Luc. j. dicit. Ipse p̄cedet ante illum in spiritu t virtute helye. Item dicit vox tohes. Quia sicut vox plata perit sic iohānes veniente xp̄o t publicato p mortem disparuit. Unde Job. xxxviij. Nūquid pduces lucifer in tpe suo Lucifer fuit tohānes qui sole veniente occubuit. Item dicitur vox tohes. Quia sicut dicit Crisost. vox est sonus pfusus verbum aūt aperit secretū cordis. Sic tohānes nihil de secretis celestibus nūciauit. Sed vnigenitus est filius qui ē in sinu patris ille enarrauit nobis. Sicut Joh. j. dicit. Sed xp̄i beneficiū innuit in ipsius clamatione cū dicit. clamantis. id est xp̄i. Clamauit em xp̄us in multiplici deserto ppter nostram salutem. Et primo in deserto mundi p̄dicādo. Sicut clamauit ihesus in die magno festiuitatis dicēs. Si quis sitit veniat ad me t bibat. Sicut dicitur Joh vij. ¶ Item clamauit in deserto crucis p nobis patiendo. Sic clamās voce magna tradidit spiritum. Sicut dicit Luc xxiij. Et ad Hebre. v. Cum clamore valido t lachrymis exauditus est p sua reuerentia. ¶ Itē clamat in deserto cordis penitentiā inspirando. Un Esa. vj de anima que recipit gratiam inspiratam ad penitentiam dicitur. Cōmota sunt suplimiaria cardinū a voce clamātis. quod fit cum gratia illuminat intellectum t inflamat affectū t domus cōscientie impletaest exodore fumi. id est gratie. Sed hanc vocem quidā nō audiunt. vel ppter distantiā que fit ppter multitudine t diuturnitatē peccatorū. Ps. Longe a peccatoribus salus. Vel ppter somnolentiam scz torporis t negligentie. Ecc. xxij. Qui narrat verbuz nō audienti quasi qui excitat dormientē de graui somno. Exemplū capō. vij B. R. Vel propter aurium obturationem. ps. Sicut aspidis sur. t obtu. au. su. Aspidis vnam aurem obturat terre applicando. alā cauda. Sic faciūt quidam per terrenoz applicationē. t mortis nō recordationem. Cōtra quod dicitur Ecc. xxv. Beatus qui narrat iusticiam auri audienti. Vel ppter strepitum scz instrumētoz vel negociox mūdi. Unde? Amos dicit. v. Auser a me tumultū carminū tuoz t cantica lyre. Jterz clamabit in futuro. s. in iudicio in deserto mundi. quando scz mundus deseretur. Math. xxv. Media nocte clamor factus est. Exite scz a sepulcris obuiam sponso. Uere tunc vox tonitrui eius. verberabit terram. Sicut dicitur in Job. Canet em tuba t mortui resurgent de terra incorrupti. id est integri. Hec tuba est vox christi. de qua in iohāne. Audient vocem filij dei t qui auviuent. ¶ Intentio aūt huius clamoris est parare vias t rectificare semitas. Hie sunt precepta. Ps. Viam mandatoz tuorum cucurri. Sed semite sunt cōsilia. Prouerbioz. iij. Ducam

te per semitas equitatis quas cum ingressus fueris.nō artabunt gressus tui Paratur autem via hec vt per ipsam curatur tollendo impedimenta que sūt lutum luxurie.spine auaricie.palea superbie.ꝛ lapides tracundie.His sublatis iusti currunt per eas expedite de virtute in ỽtutem ꝓcedendo.Ꝺro quo dicitur.Vie iustoꝝ absq; offendiculo.Semite vero consiliorꝝ rectificatur.quando circulatio in ipsis vitaꝫ.Nam paupertas que est de consilio. Juxta illud Math.xix.Vade ꝛ vende omnia ꝛ da pauperibus.nō habet circulationem. quādo nec occasione pietatis.nec alia de causa aliq̄d retinet ꝓpꝛietatis. Hoc modo direxit semitam hanc petrus cū dixit.Ecce nos reliquimus oīa ꝛc. Jtē virginitas que est de consilio. Juxta illud apostoli.j.Coꝝ.vij. De virginib? ꝑceptum dñi non habeo consi.aūt do. non habet circulationem quando est sicut carne sic ꝛ mente ꝛ oꝛe pura. Juxta illud apostoli.j.Coꝝ.vij.Virgo cogitat que dñi sunt.vt sit sancta coꝛpoꝛe ꝛ spiritu. Jtez obedientia regularis que est de cōsilio. Juxta illud Math. Qui vult venire post me abneget semetipm rectificatur quando de suo nil apponitur.Talis fuit ille de quo dicitur in ps̄. In auditu auris obedunt mihi.Talis fuit dauid qui dicebat. Ut iumentū factus sum apud te. Jumentum em̄ non matoꝛem vim facit cum ponitur simus super ipm q̄ si oneraret muscatis. nec ꝓpter hoc magis recalcitrat.

In natiuitate dñi de ꝓpꝛhetia. Sermo.XIII.

Paruulus natus ē nobis Esa.ix. In his verbis ꝓpheta tria innuit nobis. Vicz christi sm carnem natiuitatem.cum dicit natus. Secundo nati quantitatem. cum dicit paruulus. Tercio nostrā vtilitatem.cum dicit.nobis. R Bene dico natiuitatē carnalem. quia plures natiuitates christi scriptura cōmēoꝛat scz tres. Eternam ex patre. Carnalem ex matre. Spūalem in fidelium mente Scōm primā.scz diuinam christus habet patrez sine matre. De qua ps̄. Dñs dixit ad me filius meus es tu ego hodie genui te. Ubi ego discretiue ponit quasi ego ꝛ nō alius. Scōm carnalē christus habet matrem sine patre. De qua Esa. vij. Ecce virgo concipiet et pariet filium. Scōm spūalē christus habet patrem ꝛ matrem. De q̄ in euangelio Math.xij. Si quis fecerit voluntatem patris mei.ille meus pater soꝛoꝛ ꝛ mater est. Has tres natiuitates sub tribus missis hodie repsentat ecclesia. Eterna natiuitas.ꝓsus est occulta.ita vt dicat ꝓpheta. Generationem eius quis enar. Ad quod signandum prima missa cantatur in ꝓfunda nocte. Carnalis natiuitas partim est occulta partim manifesta. Occulta quantū ad modum.manifesta q̄tum ad factum. Ad quod significandū secunda missa cantatur in auroꝛa. que partim est lucida partim obscura. Spiritualis natiuitas est manifesta christo manifestante qui dicit. Si quis diligit me sermonez meū seruabit. Christus em̄ per affectū concipitur.per effectum nascitur.p consuetudinem facti nutritur. Ad quod signficandum tercia missa cantatur in die. Timentibus em̄ deum oꝛitur sol iusticie.id est christus lux que iustificat. De secunda scz humana vel carnali natiuitate sm quam natus est de mre sine patre.agit hic ꝓpheta. cum dicit. Natus est. Circa quam natiuitatem possumus ꝓsiderare quatuoꝛ mirabilia Duo ex parte xpi qui natus est.scz charitatem ꝛ humilitatē. Duo ex pte mris de qua natus est.scz virginitatem ꝛ fecunditatem. De primis duobus scilicz charitate ꝛ humilitate dicit Bern̄. Sūmus omniū factus est infimus omniū

Considerāda in ista natiuitate quinq; .

ꝺd fecit hoc nisi amor. Et Hiere. xxxi. In caritate perpetua dilexi te ideo attraxi te miſe. De matris vero virginitate ⁊ fecunditate dicitur Esa. vij. Ecce virgo concipiet. ℣ Secundū vero ꝺcz nati quantitatē innuit cum dicit paruulus. quod sine causa nō fuit ꝙ ꝺcz sic paruulus natus est. Potuisset enim christus. nihil eñ et erat impossibile. in plena siue in virili etate nat⁹ fuisse. Sed natus est paruulus. nisi alijs hominibus dissimilis fuisset. maiorem suspitionem dyabolus de eius incarnatione habuisset. Unde ⁊ habitu inuentus est vt homo. ℣ Item paruulus natus est vt omnibus ad se venientibus. sicut pastoribus. tribus magis ⁊ discipulis potius amorem ꝙ timorē inferret. Unde ipse dixit. Jam nō dicā vos seruos sed amicos. Item paruulus natus est vt velut paruulus citam ⁊ facilem reconciliationem pberet peccatori. Propter quod dicit Ezech. Quacunq; ho. inge. pec sal. erit. Exemplum de latrone cum eo crucifixo. ℣ Item paruulus natus est. quia ipse sicut puulus in reconciliatione preteritarū iniuriarum nō meminit nec improperat. Uñ Jac. Dat oīnibus affluenter ⁊ nō improperat ⁊c. ℣ Item puulus natus est. quia ipse sicut puulus ad baiulandū ipsum manus sanguineas expauescit ⁊ abominat. ps. Virum sanguinū ⁊ dolo. abominabitur dñs. Unde Esa. j. Cum extenderitis manus vestras ego nō exaudiam. quia manus vestre plene sunt sanguine. id est opibus malis. Et licet natus est puulus. nō tamen eo minus vigorosus. Hic eñ puulus vt dicit glosa. Celum ⁊ terrā fabricauit. ℣ Sed natus tercio ostendit cū dicit. cui nobis. i. ad nram salutem siue vtilitatē Sicut eñ vtilis est instructor insipientibus. egrotis medicus ⁊ curator. captiuis liberator. exosis pacificator. lugentibus consolator. pauperibus ditator. laborantibus remunerator. sic ipse vtilis fuit hūano generi. Homo eñ post peccatū insipiens factus est. Quia ꝑm Osee. Periit scientia de terra. Infirm⁹ factus est. quia descendens ab hierlm in hiericho incidit in latrones. qui plagis impositis abierūt semiuiuo relicto Incarceratus etiam fuit in pñti exilio. ꝑm illud ps. Educ de car. aiam meam Cū deo discordabat. qz peccata nostra diuiserūt inter deum ⁊ nos. Frequentē fletū habebat. Juxta illud. Fuerūt mi. la. me. pa. die ac noc. Paup fuit. quia descendens ab hierusalem in hiericho spoliatus fuit. Sine mercede laborauit. quia eius labores quasi in saccum ptusum mittebat. Q ꝙ vtilis fuit ꝙ oia ista remouit. Paruulus eñ natus est nobis vt nos indoctos instrueret Esa. lxj. Ad annūciandū māsuetis misit me Item puulus natus ē vt egrotos sanaret. Unde idem. Ut mederer contritos corde. Item nobis natus est vt nos captiuos liberaret. Unō idem. Ut ꝓdicarem captiuis indulgentiam. ⁊ clausis apitionem. Item natus est nobis vt exosos pacificaret. Unde idem. Ut ꝓdicarem annū placabilē. Itez nobis natus est vt lugentes consolaret. Uñ idē Ut consolarer oīes lugentes. Itē nobis natus est vt paupes ditaret. Unde idem. Et darem eis coronam ꝓ cinere. Item natus est nobis vt laborātes remuneraret. Unde idem. Et merces ei⁹ cū eo. Exemplū. ca. x. E. B.

De euangelio.

Sermo XIIII.

Exijt edictū a cesare augusto vt describeretur vniuersus orbis. ⁊ ibant singuli vt ꝓfiterent in suā ciui. Ascendit aūt ⁊ Ioseph a galylea in iudeam ciuitatem dauid. que vocatur bethelcem ⁊c. vsq; pastores grant. Luce. ij. ℣ In hac parte euangelij describitur natiuitas xpi ꝙtū ad tria principaliter. vicz ꝙtum ad tps

ptum ad locum, t ptum ad modum. Quantū ad tēpus innuit ipsius natiuitas. qz tpe augusti cesaris. Quantū ad locū quia in bethleē ciuitate dauid Quantū vo ad modū innuit euangelista. Quia postq̄ impleti sunt dies marie tē. Et q̄dem oia hec tria pueniētia et congrua fuerūt natiuitati christi.

Tēpus eñ congruz fuit natiuitati christi triplici ex cā. ¶ Primo qz tpus fuit pacis. Cesar eñ Augustus tunc orbē terre pacatū habebat. t tali tpe christū q̄ mundū pacificare venerat nasci congruū erat. Un t angeli tūc cantauerūt In terra pax ho. bo. vo. Hoc enīz diu ante pphetatū fuerat. Un ps. Orieť in diebus eius iusticia t abundātia paq Item Mich. Pax erit in terra nostra dū venerit. ¶ Secūdo qz tunc tempus fuit copie. s. tpalis abūdantie. Bar. iuj At vbi venit ple. tē. misit deus filiū suum. Hoc eñ tpe decebat christū nasci. qz cum plenitudine gratiarū veniebat Plenus eñ venit gratia t veritate. sic̄ dr Joh. j. Exemplū in pmptuario ca. x. E. ¶ Tercio qz tūc tēpus descriptionis fuit. Et certe christus ad hoc nascebať vt electos suos scriberet in eternitate. Sicut dicit Grego. Unde et ipse Math. v. dicit. Gaudete t exul. qz nomina ve. scrip. sunt in celis. Locus etiā natiuitatis congruus fuit triplici ratiōe. ¶ Primo qz situs fuit in medio mundi. t ideo sicut dicit magister primo ibi descriptio fieri cepit. Congruū eñ fuit mediatorē qui pro salute totius mūdi venerat t communi o m salute vt in medio mūdi terre. s. habitabilis nascereť. Propter quod t ps. dicit Operatus ē sa. in medio ter. ¶ Secūdo rone interptatiōis. Bethleē eñ dom panis interptať. quasi p̄scia q̄ ibi debebat panis angelor nasci. q̄ dicit Jo. Ego sum pa. vi. qui de celo descendi. ¶ Tercio congruus locus fuit ratiōe generis. Congruū eñ fuit ipsuz nasci in ciuitate generis sui. s. dauid. cui t p missio de ipso exse nascēdo facta fuit. Quam rationem assignat euangelista cum dicit. Ascendit autē ioseph a galilea in iudeā ciuitatem dauid. q̄ vocať bethleem. eo q̄ esset de domo t familia dauid ¶ Modus aūt natiuitatis fuit congruus t singularis. et hoc innuitur in tribus. ¶ Primo quia peperit cum mater sine lesione virginitatis. Quia virgo in partu mansit. Jam eñ fuit via viris inuta. Et hoc tangit euangelista cum dicit. pepit filiū suū, ioseph vel alterius viri. ¶ Propter quod etiā dñs se semp filiū hois dixit. non hominū sicut nos sumus. q̄ bus dr in ps. Filij hominū vsq̄quo g. cor. ¶ Secundo peperit sine dolore. Quia pepit postq̄ impleti sunt dies. non ante. quia illud fit cū maximo dolore. Sed beata virgo et tpe congruo et sine omni dolore pepit. ¶ Tercio peperit sine debilitatione. ideo dr. Pannis inuoluit euz. s. ipsamet. quia fortis fuit nec debilitata fuit ex partu. Unō psonaliter natum reclinauit in psepio sine obstetrice.

De euangelio. Sermo XV.

Ecce euāgilizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo. quia natus est vobis sal. qui est christus dñs in ciuitate dauid. Lu. ij. Ad honorē natiuitatis dñice que bodie colitur. hec verba ab angelo sunt plata. ¶ In q̄ bus videnť in summa duo poni. videlicet ingens admiratio t ammiratōis ratio. Primum notať cum dicit Ecce. Secundū cum subdit. Euangelizo vobis gaudiū magnū qō erit oi populo Que triplex est. Prima ex parte angeli qui dicit. Annūcio vobis. Secunda ex pte hominis cui dicit. Gaudiū magnum quod erit omni populo. Tercia ex parte dei. de qua dicit. Quia natus est vobis salua, qui est christus dñs.

Prima ammiratiõis occasio est magna.secunda maior.tercia maxima. Magna est prima ex pte angeli. si cõsideremus quis cui locutus est. Annũcio inquit ego.s.angelus.vobis videlicet pastoribus. O vere magne ammiratõis occasio q̃ dignitas angelice nature cũ tã ingenti.tomnibus cõmuni transmissa misterio.non precipuis vt regibus et principibus. nec mediocribus vt baronibus t militibus. sed infimis vt pastoribus non dedignata fuit illud nunciare. Annũcio inquit vobis gaudium magnũ. In hoc autẽ q̃ per angelum dominus natiuitatem suam nũciat.dignitas nati ostenditꝫ. et innuit nobis hoc mysteriũ esse vnũ de precipuis quod etiam per angelos hominibus nunciauit. Que sunt. vj. videlicet annunciatio.natiuitas.passio.resurrectio.in celum ascensio.ad iudiciũ reuersio. De his oĩbus habes in biblia. Pastoribus autẽ primo nunciat quia ipsi forte pre ceteris sperãtes id quesierunt.quod etiam forte angelus videꝫ innuere cum dicit. Inuenietis. Nã ostendit eos illud quesiuisse. Vel forte pastoribus consolationez in hoc mundo non habentibus nunciat.ne si diuitibus verbum salutis nunciaretur a spũs diuitiarũ illud suffocaret. Vñ de pastoribus dicitur. Et venerunt festinantes.quia nil temporale ipsos retrahebat. Secunda autez scilicet ex parte hominis maior est ammiratõis occasio.quia gaudium magnum qõd fecit omni populo. Signum vniuersale ponẽs.innuit populos esse plures. Et quia tale signum ad minus exigit tria particularia.ideo ad determinationez ipsi tres dicere possumus populos q̃bus hoc magnum gaudium factuz est scilicet superiorẽ inferiorẽ t medium. Superiorẽ.i.angelos.qui quandoq̃ dicunt populus.vt ibi. Mortuus est iacob et positus est ad populũ suum. id est ad angelos. Constat em̃ eum positum fuisse ad abrahã et isaac. Sz sicut dicit glo.tam pauci populus dici non possunt. Inferior populus dicunt illi q̃ in limbo. Medius populus qui in hoc mundo. Populo ergo in hoc mũdo tanq̃ in medio constituto fecit gaudium magnũ dñs ipsum de vana ipsi? conuersatione redimendo.vt dicit pe. Non cor.au.vl ar.tẽ. Inferiori populo.i.illis in limbo gaudiũ magnum fecit ipsum de carcere limbi eripiendo. Vñ oz zach.ix. Tu quoq̃ eduxisti vinctos de la.tẽ. Superiori populo.i.angelis fecit gaudiũ ruinas ciuitatis eoruz restaurando.quod ipsi multũ desiderauerũt dicentes dño. Benigne fac dñe in bo.vo.tua.vt rec. muri hierlm. Et q̃ huic triplici populo fecit gaudium magnũ cõuenienter potest dici q̃ fecit gaudium magnuz omni populo. Vel certe factum est omni populo.i.ecclesie ex omni populo congregate. Vere de primo magna est admiratõis occasio sed de isto maior.q̃ homini in gemitu et in miseria constituto adeo exuberauit gaudium q̃ se p̃ totum mundũ dilatauit. In celum vsq̃ transcendit t ad inferni limbuz penetrauit. Infelix homo quẽ tãti gaudij largitas nõ astringit. Tercia tamen maxima est admiratõis ratio.s.ex parte dei.quia natus est nobis saluator qui est christus dominus. Quid nobis amplius? facere potuit q̃ semetipm exinanire. Exinanitõ em̃ est alicuius magne rei quasi incõprehẽsibilis.in paruo aliquo comprehensio. Quod hodie patet in domino Ipse em̃ quẽ totus non capit orbis in sua se clausit viscera. Quia fm̃ beatus dionysiũ. est spũs incircũscriptus.q̃ est super omnia.intra omnia.extra oĩa Hodie se clausit in humana forma exinaniuit se formã serui accipiẽs. vt ait aplus. Vere cantate dño quia mirabilia fecit. Hodie quidem multa mirabilia.quia de virgine in diuersorio nat? in presepio collocatus.ab angelo nunciatus.a pastoribus visitatus.t si qua sunt similia que tamen omnia pcellũt.

quia deus est homo fact⁹. In hoc enī caritas prefulsit.pietas magis enituit gratia plenius radiauit. Exemplū in ꝓmptuario ca.x. B. Unde et homies deuoti ⁊ maxime religiosi in credo in vnum deū.ad homo factus est.pro excellenti beneficio gratias agunt ꝓfunde se inclinantes. Exemplū de quodā monacho cui diabolus alapam dedit quia non inclinauit dicens. Si cantaret ꝙ deus factus esset diabolus .ipse nunq̄ inclinare cessaret. Est enī mirabile cōmercium ꝙ creator generis humani animatū corpus sumens de virgine nasci dignatus est. In hoc autez cōmertio fecit sicut fidelis pacis reformator.qui ne ab aliqua pte suspectus habeatur.vtriq̄ parti equaliter se conformat. Sic nostro pacifico inter deū et nos pacem facere volenti vtriusq̄ partis cōformitas necessaria fuit. Si enī tm̄ purus fuisset de⁹ homini se nō cōformasset. Si purus hō alteri parti se non conformasset. Et vt verus mediator esset vtriusq̄ ptis cōformitatez habens.hodie natus est nobis saluator qui est christus dñs. ℟ In eo autē ꝙ tria de nato dicit.vocans eum iesum.i.saluatorem.christū et dominū ostendit triplicē nati vtilitatē.quia ipse re ipse saluator.ipse christus. ipse dñs Saluator in passiōe.quia sibi populū suū a peccatis suis saluuz fecit. Quia ꝑm ꝓphetam peccata nostra in ligno ptulit. Unde Aug.in meditatōnibus Quid est iesus nisi saluator. Ergo ꝓpter temetipsum esto mihi iesus. Noli dñe.noli sic attēdere malū meū vt obliuiscaris bonū tuū. O domine si ego admisi vnde me dānare potes.tu non amisisti vnde saluare soles. Christ⁹ fuit.i.vngēs in spūssancti missiōe. Quia tunc. Iuxta quod ꝓpheta dixerat. Cōputrescere fecit iugū legis a facie olei id est gratie. Ante enim adeo aptos iugum legis constrinxerat.vt ad gentes declinare ⁊ eis cōicare nō auderēt.sed post vngentū effusuz a facie ipsius pretactum iugum legis diruptum est. Unde in omnez terram exeūtes omnibus omnia facti sunt.quia vncto deo cuncta subiecta sunt. Dominus autē erit in corpoꝛe glorificatione et remuneratione.quādo fideli seruo suo dicet. Euge serue bone et fidelis .quia sup pauca fuisti.supra multa te constituaz intra in gaudiuz domini tui. Ad quod nos ipse dñs iesus qui natus est perducat. Qui viuit et regnat.

De euāgelio. Sermo. XVI.

Hoc uobis signū inuenietis infantē pannis inuolutū ⁊ positum in ꝑsepio. Lu.ij. Ad manifestandā christi natiuitatē legimus ipso die natiuitatis ostensa plura signa fidelicz signa in creaturis.⁊ signa in creatore. ¶ In creaturis vo vniuersalib⁹ ostēsa sunt signa mirabilia in christi natiuitate sicut colligit ex euāgelio ⁊ historiis. Et primū signū fuit ostensum de celo empyreo.s. appitio angelor. ⁊ hoc fuit signū mirabile ꝓpter duo. Q⁹ apparuerunt in claritate. Unū in euāgelio dr. Q⁹ claritas dei circumfulsit eos. Et quia apparuerūt in multitudine. q⁹ subito facta est cum angelo multitudo celestis exercitus. ¶ Scōm signū ostensum est in ethere.q⁹ legit in historiis ꝙtpe natiuitatis christi appuerunt tres soles.qui post paululū in vnū sunt ꝯglobati. ¶ Terciū signū oīnuz ē in aere.⁊ dupl⁹ vnū fuit stella.q magis appuit. Mat. ij. Vidim⁹ stellā ei⁹ in oriēte. Itē aliud fuit vbi tenēs filiū q apparuit in aere octauiano ipatori.quā cū ꝓpr suā speciositatē adorare voluissz dictū ē ei solū puerū oportere adorare. Exēpluz in ꝓmptua.ca.x. B. Quartū signuz fuit in terra. vicz ruina tēpli paci.qō cū romani ꝙstruissent.i respōsis demonū accepant qñ vbi pareret ꝙ tuc corrueret

Ex hoc romani primum ponentes im possibile subintulerunt in eternū dura turū. quod in christi natiuitate corruit ¶ Quintum signum fuit ostensum in aquis. Fuit enim vna taberna emerito ria rome. vbi. s. milites senes recreabā tur. ibiq; fons fuit de quo in nocte na tiuitatis christi fluxit oleum vsq; in ty berim. ¶ Omnia p̄dicta signa ostēde bāt aliquod nobis mysteriū circa chri stum iesum qui fuit natus. Nam ange li apparuerunt in signū dominj et po testatis. Math. xxvj. Possum rogare patrem meum et exhibebit mihi plusq;. xij. legiones angelorū Job. xxv. Nun quid est numerus militū eius. ¶ Tres soles in signum triū psonarū. quia to ta trinitas opata est incarnationem. qz in hoc q; in vnum redierunt vnitas es sentie designatur. Juxta illud Joh. v. Tres sunt qui testimoniū dant in celo pater. verbum. et spūssanctus. thi tres vnum sunt. ¶ Stella magoz in signū cōuersiōis gentiū que illuminādo erāt a christo. quia ipse erat lux vera que il luminat omnem hominē. Sicut dicit Joh. j. Et legitur eodem die. Et illud Esa. ix. Populus gē. qui ambulabat in tenebris vi. lu. mag. ¶ Virgo tenēs puerum quē imperator adorauit signifi cabat q; impium romanū trāsire debu it ad christum. quod et factum est tem pore siluestri t̄ constantini. Esa. ix. Mul tiplicabitur eius impium. t̄ regni eius non erit finis. ¶ Ruina templi pacis fuit in signū q; christus non venit mit tere pacem sed gladium. Sicut ipse di cit Luce. Vel in signuz q; culture idolo rum debebāt per christū ruere. Esa. xix. Ingredietur dominus egyptum et cō mouebunt simulacra egypti. Exēpluz in pmptuario. capko. x. E. f. ¶ Fons olei fuit in signū misericordie christi. Quia natus fuit ex misericordia Luc. j. Per viscera misericordie dei no. in quibus visi. nos oriet ex alto. Ad Thi. Non ex operibus iusticie que fecim? nos. sed sm suam misericordiā saluos nos fecit. Hec oīa predicta signa fu erūt in creaturis propter creatoris na tiuitatē. ¶ Ex in ipso creatore na to dat angelus pastoribus in pmissis verbis triplex signum. Videlicz signū benignitatis. Signum humilitatis. et signuz liberalitatis. ¶ Nam in signū benignitatis primo infans nasci t̄ ap parere voluit. pro quo dicit dominus Inuenietis infantem. Et saltem ipsuz quem olim in signum terroris ton an tē audire non poterant dicentes. Exo. xx. Non loquatur nobis dominus ne forte moriemur. Modo in signum be nignitatis infantem inuenient. Inue nietis inquit infantem. Illa enim etas plus benignitatis et amoris q; terro ris pretendit. Quante autem benigni tatis christus fuerit ostendit Chryso. de cuius benignitate dicit. O miseri cordia christi. o iude demētia. Ille em xxx. vēdebat denarijs. t̄ christus ei san guinem quem vendidit offerebat. Licz etiam extunc infans existēs nostraz sa salutem oparetur Unde Ambro. sup Lucam. We illi infantie christi vagie tis abluunt fletus. mea lacrime ille de licta lauerunt. Psal. Laborauit a iuuē tute. ¶ Item secundo in signum humi litatis. non purpura sed pannis volu it inuolui. Inuenietis inquit pānis in uolutū. Cuius humilitatez ammirās Esa. dicit. liij. Vidimus eum de spec. t nouissimum virorum. De cuius humi litate dicit Gregorij. Ad hoc vnigeni tus filius dei formam nostre humilita tis accepit. ad hoc inuisibilis. non so lū visibilis sed etiam despectus appa ruit. ad hoc contumeliarum ludibria. illusionum probra. passionū tormenta tolerauit. vt superbum non esse hominē doceret humilis deus. ¶ Item tercio in signuz liberalitatis siue cōcabilita tis in p̄sepi poni voluit Inuenietis in quit positum in p̄sepio. Se ipsum enim in mentis prebuit pabulū. Vñ Bern. Monstratur pīs sumentis presepiuz et in p̄sepio fenū de vtero vginali. Vñ

fecit in signum liberalitatis ⁊ cõicabilitatis. Cuius cõicabilitatē cõmendãs Ambro. dicit. Omnia christus est nobis. Si vulnus curare desideras ipse medicus est. Si febribus estuas fons est. Si grauaris inq̃tate iustitia ē. Si auxilio indiges virt⁹ est. Si mortē times vita ē. Si cęlū desideras via est. Si tenebras fugis lux ē. Si cibuz q̃ris alimentū ē. Gustate igit ⁊ videte qm̃ suauis est dñs. Hoc ergo vobis vtiq̃ signum benignitatis. q̃ inuenietis infantē. Signū hũilitatis q̃ inuenietis pannis inuolutū. Et signuz liberalitatis q̃ positū in p̃sepio. ¶ Per primuz signū scz benignitatis attrahit penitẽtes siue incipiẽtes. Sicut herbergarij p signū añ domū suspensum attrahũt pegrinos. De quo Esa. Leuabit dñs signū. s. benignitatis. ⁊ ꝯgregabit disp̃sos. i. pctõres q̃ sunt velut oues errãtes. Multū em̃ benignitas christi ꝓuocat pctõres ad pniaz. Unde ad Ro. ij. An igno. qm̃ benignitas dei ad pniam te adducit. ¶ Per secundum. s. hũilitatis dirigit ꝓficientes. velut signū q̃ dã erigit ꝓpe viã. Un̄ dicit Joh. xiij. Ego sum via. Discite a me q̃ mi. sum ⁊ hu. cor. De quo signo Esa. Erit radix iesse q̃ stat in signū pplox. Multū em̃ valet ꝓficientibus inspicere hoc signū vt p viam hũilitatis incedant. vt cũ oia fecerint nõ presumãt. sed dicant. serui inutiles sumus. Un̄ Grego. Sancti viri quo alti⁹ virtutū dignitate ꝓficiũt eo subtilius se indignos esse deprehendunt. Et Bern̄. dic. Ita nimiz diuina solet pietas ꝓseruãde hũilitatis gratiã ordinare vt q̃nto quis plus ꝓficit eo min⁹ se reputet ꝓfecisse. Exemplũ in ꝓmptuario ca. j. L. ¶ Per tertiũ signum. s. liberalitatis reficit ꝓfectos siue ꝓcẽplãtes. q̃bus seip̃m dñs cõmunicat in p̃senti p gratiam. quasi arrã dans ⁊ signum certitudinis de futuro. Sicut in curia dñi pape dat signũ marie paupib⁹. qui post introducendi sunt ad prandium. Pro quo dicit aplus. ij. Cor. j. Signauit nos et dedit pignus spũs in cordibus nostris. Et p hoc tales de futuro prandio certificat. Luc. xxij. Ego dispono vobis sicut dispo. mi. pat̃. meus regnũ vt eda. ⁊ bi. sup mẽ. meã in regno meo. Ad quod nos ꝓducat.

De epistola. Sermo. XVII.

Apparuit benignitas ⁊ humanitatis salua. nostri dei ⁊c̃. Tit. iij. ¶ In hac epistola inuitur saluatoris nostri multipler gracia ex multiplici effectu. ¶ Primo em̃ apparuit ex gratia benignitas in ipsius cõceptione. glo. i. larga dei misericordia que apparet in effectu suo q̃ scz homo fieri voluit. Benignitas em̃ dicitur quasi bona ignicitas. i. charitas. Illa em̃ sola ip̃m fecit sumere carnem. Un̄ dicit p Hiere. xxxj In caritate perpetua di. te. ideo attraxi te miserans. Bern̄. Sumus oim̃ infimus fieri voluit. q̃d fecit ꝺ nisi amor. ¶ Itẽ apparuit ex gr̃a hũanitas in ipsi⁹ natiuitate ⁊ circũcisione. Quantuz ad primũ. scz ꝓpter natiuitatẽ dicit glosa Apparuit hũanatus p carnẽ in mũdo Apparuit et hũanitas in circũcisione quia tunc vere apparuit q̃ hõ verus erat contra hereticos Phil. iij. Et habitu inuẽt⁹ vt hõ. i. vere hõ. Baruch. iij. In terris visus est ⁊ cũ ho. cõ. Itẽ apparuit gratia in passione ꝓ quo dic̃ Ur nõ ex opibus iustitie q̃ fe. nos. sed ꝑm suã mi. sal. nos fecit. In passione em̃ opat⁹ est salutẽ in medio terre. sicut cecit in hieruslẽ. quã salutẽ petebat dauid dicens. Saluũ me fac dñe in misericordia tua. ¶ Item apparuit gr̃a in baptismo. i. in baptismi susceptione ⁊ ꝺsecratiõe. ꝓ quo dicit. Per lauacz regeneratõis ⁊ renouatõnis. glo. i. p baptismũ. In quo ꝺposita vetustate peccati renouamur in nouitate vite. ⁊ regeneramur filij dei. Nam ipse baptismo non eguit sed p baptismũ veterem

hominez renouans. saluatoz venit ad baptismū. Et nō sine cā primo ponit passionē et post baptismū. qz totā virtutē a passione traxit baptismus. Propter hoc dicit Ro. vi. Quicūqz baptizati estis in morte ipsius baptizati estis. ¶ Itē apparuit gratia in spūssancti missione. Pro quo dicit Quē effudit i nos abūde Joel. ij. Effundā de spū meo sup oēm carnē. Quia tūc repleti sunt oēs spūsancto. ¶ Item apparuit gra in resurrectione. Pro quo dicit. Ut iustificati gratia ipsius tē. Resurrexit ei ppter iustificationē nostram. Sicut dicit aplus Ro. iiij. Et primus ponit effusionē spūssancti q̄ resurrectionē. vt innuat q̄ nisi prius habeamus spūmsanctū p iustificationē resurgere nō valemus. ¶ Ultimo apparuit gratia i ascēsiōe. Pro quo dicit. Heredes sim? fm spem vite eterne. Illis em̄ prib? quos tunc secū duxit. qz captiuā duxit captiuitatē. dedit nō in spe sed in re hereditatē vite eterne. Vñ sequit ibi Qui dedit dona hoibus. Sed nobis dedit in spe. p tāto dicit heredes simus fm spē tūc aunt dabit in re. Vñ dicet. Venite benedicti pa. mei pci. regnum. Nō quotidie desideramus dicētes Adueniat regnū tu. De quo regno si placeat loqui requirem in dñica in sermone. Primum querite regnū dei.

¶ De euāgelio. Ser. XVIII.

¶ Itē reuertat ad dñm tanq̄ ouis errans ad pastorē piū vt p̄ pastoris humero ad ouile reportet. Et sit de illis quibus de q̄bus dicit Pe. Eratis q̄si oues errantes. sed cōuersi estis ad pastorē et epm animaꝝ vestraꝝ. ¶ Item reuertat ad dñm tanq̄ famelicus filius ad patrē benignū. vt cōmuto vitulū saginati satiet. vt dicat filius p̄digus in se reuersus. Ego hic. i. in statu peccati fame peo. surgam et ibo ad patrē meū Qui dicit in Math. Venite ad me et ego reficiā vos. ¶ Item reuertat tanq̄ p̄fugus seruus ad dñm clementem vt ipsi misereat. Vñ hic dicit ꝓpheta. Reuertat ad dñm et miserebit ei?. Reuertatur ergo ad dñm sed nō ea via q̄ recessit. s. peccati que lata est via ducēs ad mortē. sed p̄ aliam. s. penitētie que est arta via ducens ad vitā. Necē via cōpendij qua achymaas. i. poztās on? penitentie citissime puenit ad verū dauid. i. christum. Exemplū em̄ habem? in latrone qui hora illa g̃ penituit audire meruit. Hodie mecū eris in paradiso. Et quia magnus est dñs quē offendit. vt possit cum placare p̄ p̄dictaz viam reuertat ad eū in ieiunio et fletu et planctu. Talibus em̄ solent serui p̄fugi de magnis offensis placare dños suos. Hec etiaz tria mater ecclesia hodie repsentat. Nā hodie ieiunū in choat. in cantu ploꝛat. in modū plangētis cinere caput aspergit. Reuertat ergo impius et iniquus p̄ viam penitentie ad dñm in ieiunio et fletu et plāctu. In ieiunio vt p̄ concupiscētia carnis satisfaciat. Itē reuertat ad dñm in fletu. vt concupiscentiā oculoꝝ defleat. Itē reuertat in planctu. vt p̄ superbia vite satisfaciat. In hoc aūt q̄ ꝓpheta addit. ad deum nostꝝ. ostēdit q̄ saluatoꝛ noster ad placationez suā pl?regrit q̄ p̄dicta. Illa em̄ sufficiūt seculari dño g̃ nō deo. Secularis em̄ dñs de coꝛde scrutat̄ non intromittit. illud em̄ est de foro solius dei. Scrutās em̄ coꝛda et renes deus. Quia g̃ maxie deū in coꝛde offēdimus. nihil valet extra satisfacere nisi intus satisfiat. Undeiohel postq̄ de exteriori satisfactione que pertinet ad dñm suaserat addidit de interiori que ptinet ad deū cū dxit. Scindite coꝛda vra. q. d. Reuertat impi? iniquus ad dñm in ieiunio et fletu et planctu. et ad deū nrm scindēdo coꝛ suū vt iram dñi possit placare. Dicat cū btō Bern. ex scissione coꝛdis loquēs. Exite exite lacrime. apiant cataracte miseri capitis et erumpant fontes aquaꝝ si forte sufficiant abluere maculas peccatoꝝ q̄b? iram merui. ¶ Sed ne forte peccatoꝛ de venia desperaret. sequit ꝓphete dulcis. pmissio cū dicit. Et miserebitur eius. s. omnē offensam seruo dimittendo. q̄m̄ multus est ad ignoscendu; Vñ Aug?. Quid penitēti nō ignoscitur cū effusus sanguis christi no scitur Et ponit exemplū de dauid. Qui cum adulteriū et homicidiū ꝓpetrasset et diuisset. peccauī. stati remissum est ei. Vñ dicit. O breue verbū peccaui. o tres silabe que poztas apiunt padisi. Dixit dauid peccaui. et nathan missus a dño statim subintulit. Translatū est pctūm tuū. Miseratoꝛ em̄ et misericoꝛs dñs pati. et mul. mi. Exemplū in. pmptu. ca. ix. B. Reuertētes g̃ ad ipm rogemus vt nr̄i misereat et dimissis peccatis nostris pducat nos in vitā eternā. Amē.

¶ De penitentia.

Sermo. LVI.

Relinquat impius viā suā et vir iniqu? cogitationes suas. et reuer. ad dñm. Esa. lv. ¶ Ista ẏba Esa. lv. que mō in. xl. legit ecclesia. ostēdunt q̄z hoc tps ad hoc institutū est. vt bō iniquus qui impietate sua deuz offendit p̄ anni circulum mō reuertat ad deū et ipsi reconciliet. In quibus verbis ꝓphete tria notanda sunt. ¶ Primo q̄s sit vir impius et iniqu?. de quo hic dicit. Vir impius et iniquus. ¶ Secundo que sit

via p quã talis graditur et quã relinq̃ re monet. quia dicit. Derelinquat viaz suã. ¶ Tercio causam relictiõis subdit quia scz ad dominũ suũ. cui scz seruire tenet. redire debet cum dicit. Reuertat ad dñm. ¶ Vir impius t iniqu⁹ est quilibet in mortali peccato pdurãs et cõtra decẽ precepta agens. De q̃bus si placeat loqui require in sermone. Si p̃cepta mea seruaueritis. Merito autẽ dicit impius t iniquus in peccato pdurans. quia talis impie t inique agit in deum in angelũ. in semetip̃m. in pximũ et in inferiores creaturas. ¶ In deum inique agit dũ illud ante oculos suos defert qõ maxime ei displicet t maxime eũ grauat scz peccatuz. Multũ em̃ homines puocant eũ ea q̃ ipsis cõtraria sunt ante oculos deferunt. vt est caseus t allia t hmõi. illis qui ea nõ ome dunt. Multo fortius dominus de peccato qõ sibi ante oculos defert puocat. Vnõ p Osee dicit. Prouocauit me in das in amaritudinibus suis. Peccato rem etiam sustinẽdo plus grauat q̃ de aliquo alio onere. Vñ cũ teneat orbez terre t plenitudinem eius in tali onere non dicit se laborare. sed de peccatore dicit p pphetã. Laborauj sustinens. Et alibi dicit. Vos estis mihi onus pricia q̃ vos. ¶ Itẽ inique in deũ agit dum mercedẽ suã scz aiam p q̃ triginta annis laborauit. et vt eã redimeret vitaz suã dedit. non restituit. Si em̃ iniquus est ille dñs qui vnius anni mercedem suo seruo detinet. multo fortius talis. Eccl. Qui fraudẽ facit mercẽ. et qui effundit sanguinẽ tẽ. Felix est ille q̃ potest dicere. mõ tibi creatori reddo aiaz meam. Item inique agit in deuz dum mandata ipsius ad que explẽda creat⁹ fuit nõ facit. Iniqui em̃ serui illi a dominis suis iudicant. qui opposita mãdatis ipsoz faciunt. Item in euãgelio dicit. Seruus qui scit voluntatem dñi sui et nõ facit vapulabit plagis tẽ. ¶ Itẽ in angelũ inique agit etiã triplicit. De quo require in sermone. Exibunt angeli. ¶ Item iniq̃ agit in seip̃m duz se potius vult habere malũ q̃ bonum vult esse potius in statu latronis q̃ in statu regis. nihil habentem q̃ oim bonoz participẽ. Q⁹ pot⁹ velit se habere malũ q̃ bonũ. ostendit. quia ipe nullis ammonitionibus vult deserere maluz et bonũ acquirere. in quo seip̃m vilio rem habet omnibus alijs rebus suis. Omnes em̃ res suas vult bonas habere potius q̃ malas. De talibus dicẽ Aug. Bona vis habere t malus vis esse. Talis etiam potius vult esse in statu latronis q̃ regis. quia qui est in statu mortalis peccati. ad modũ latronis adiudicãdus est patibulo inferni. Qui vo in statu bono est vnctus ad regem eternũ. Itẽ talis nihil habet imo nihil est. Juxta illud apli. Si non habuero caritatem nihil sum. Sed in statu grazie est omniũ bonoz ecclesie particeps Juxta illud ps. Particeps ego sum oium timentiũ te. ¶ In pximũ etiam iniq̃ agit pdurans in peccato triplicit. ¶ Primo qz corrũpit cum suo exẽplo malo. Vñ Math. Si quis peccauerit in te. Jn me peccat. qz sciente me solo peccat. quia me suo exemplo malo corrũpit. Exemplũ in pmptua. ca. ij. ff. ¶ Item talis peccat in pximũ. qz debito auxilio eũ defraudat. cũ deberet eũ iuuare in pugna otra diabolũ. ipe potius nocz ei. Diabolus em̃ potens efficit hois vicio. Sicut dicit glo. sup illõ ps. Bñdicite angeli do. poten. virtutẽ. Magna q̃ iniquitas socũ suum in bello deserere t ad ptẽ inimicoz se vertere Eccl. iij. Melius ẽ duos esse simul q̃ vnũ. habent em̃ emolimentũ sue societatis. Si vn⁹ ceciderit fulcietur ab altero. ¶ Item talis inique agit in pximũ quia p peccato ipsius sepe punit pximus. Unde legit Josue. vij. q̃ propter furtum achor. xxx. homines corruerũt. et iust⁹ Ezechiel cũ iudeis petõrib⁹ deducit in babilonicã ciuitatẽ. ¶ In creaturas etiam talis inique agit. quia propter peccatum ipsius quodãmodo pu

ntiuntur. Unde si possent conqueri in die iudicij.sol diceret. Propter peccatū hominis ego claritatem meam amisi. Item aīalia dicerent. Nos ꝓpter peccatum hominis diluuio piuimus. Terra etiaz diceret. Ego ꝓpter peccata hominis maledicta spinas ⁊ tribulos germinaui. Unde quia modo plus abundat de peccato consequens est vt miserabilius germinet. Sed fatui homies hoc predicatoribus seu doctoribꝰ aliis id est parrochiarū rectoribus qui peccata remouent imponunt. dicētes. Ex quo tales homines venerunt nihil boni ꝓcuratur. Et licet creatura in die iudicij non congretur verbo. cōqueretur tamē facto. Quia armabit deus creaturas in vltionē iniquoꝝ. Ux. dicit sap. Quia ergo peccatoz cōtra to t et tanta inique egit et impie. merito a ꝓpheta in premissis verbis impius et iniquus dicitur. cum dicit. Derelinquat impiꝰ viam suā.et vir iniquus cogitationes suas. ¶ Via autē per quam talis graditur et quam relinquere monetur est via lamentabilis et miserabilis. qz hec est via de qua dicit in ꝓuer. Que talibus hominibus ꝓpter momētanea am delectationem peccati videt recta. sed nouissima eius ducunt ad mortem quia tales si decedūt in peccato in pūcto ad infernum descendūt. ℣ ℭ miserabile est ℭ homo rōnalis iumētus irrationalibus insipientioz efficit. Irrationalia cū animalia quoꝝ mors subitanea et quasi ventus est fugiunt mortem. Uuis em̄ hac de causa fugit lupū et auis accipitrē aut lapidez.⁊ pullus miluum. Tu autem homo rōnalis ad mortem curris dum ꝑ viam graderis que ducit ad mortē.non momentaneā sed mortem ꝓpetuā. Ubi em̄ lamentabilius est esse ℭ ibi vbi mors nō mortur.optant mori ⁊ fugit mors ab eis. Ergo talis derelinqt viā suam ℣ Huiꝰ aūt potissima cāz oñdit.qz.s. ad dñm suū redire tenet.cū dic.et reuertatur ad dñm suū. Si em̄ seruo alicui ꝓprio nō ē salus aīe ℭdiu a dño suo vagat.et de neglecto fuitio rōez suo dño reddere tenet. Multo fortiꝰ ꝙ a deo salutari suo recessit.nō habebit salutem. imo reddet rōnem neglecti seruicij qō sibi iuste tenebat.qz creauit redemit ⁊ educauit eū. Sed ne peccatoz tanq̄ ad crudelē dñm redire timeat ostēdit ꝓpheta dñm nostrū benignū esse in recepcōe cū dicat. Misericors est. Exēplū de filio ꝓdigo. Cui reuertenti occurrit pater letanter. Itē ꝓnū oñdit in culpe dimissione cū dic. Em̄ mk.est ad ignoscē. Non em̄ partem tenet ⁊ partez dimittit. Sed omne mq̄t debitum dimisi tibi. Exemplū de maria magdalena. Exemplū in ꝓmptua.ca.ix.D.

De penitentia.
Sermo. LVII.

Dixit adolescētioz filius ad patrez.pater da mihi portionē ⁊c. Lu.xv. Hec parabola a dño ꝓlata q̄ agit de pcōis reconciliatione legit mō tpe q̄dragesime qñ ē tps recōciliatōis ⁊ pnie. Nā sic legit in Lu. Cū pharisei aduersus iesū murmurarēt.eo ℭ pcōres recipet triplicem pabolā dignatꝰ est ꝓponere ad pharisecoꝝ ꝓfutationē ⁊ pcōꝝ ꝓsolationē.viz ouis pdite ⁊ reportate.dracme q̄site ⁊ inuēte.filij pdigi recedētis a patre ⁊ reuertētis ad patrez. In quibꝰ tribus pabolis ℭ magnū sit gaudiū ipsi pcōris conuersio clementer ostendit.

¶ Ipse em̄ est piꝰ pastor q̄ hñs.c. oues.nonagintanouē relict i deserto.i. in celo qō ab hoie derelictū fuit.abijt p nature hūane susceptōz. recupare cētesimā.i.hoiez.tanq̄ pia mr̄.q hñs cētuz filios ludētes i pulcro prato. ⁊ vnum tacentē in luto citius currit ad illū qui in luto iacet vt ipm̄ extrahat ℭ ad alios. Sic christꝰ relict angelos tanq̄ nonagintanouē oues.⁊ vnā pditā.i.hūanā naturā humeris suis. id ē brachijs crucis ad olle celeste reportauit. Un-

de Ambrosius. Humeri christi crucis brachia sunt. illic peccata mea disposui. in illa nobili patibuli cerunce requieui. Et post quantum gaudium sit ei de recuperatione pditi hominis subdit. Et conuocat amicos suos ⁊ vicinos. i. angelos. qui sunt amici qz p̄ceptis obediūt. Job. xv. Vos amici mei estis si feceritis ⁊c. Psal. Ministri ei⁹ qui facitis volūtatē eius. Hicunḡ vicini. qz de ppe vidēt. Mathei. xviij. Angeli eoꝝ semp vident f. p. Et dicit eis. Cōgratulamini mihi. qz inueni ouē quā pdideram. ¶ Item ipsa est mulier sapiēs. que pdita decima drachma. i. humana natura. vt eam inueniret lucernam accēdit. i. in carne visibilis apparuit. Et vt eam inuenīret solicite quesiuit tanḡ pia mater que habēs decē filios plus est solicita de vno febricitāte. etiā minus dilecto. ḡ de reliḡs. etiam plus dilectis. Vñ reuūcta in signum magni gaudij conuocat amicos. ⁊ vicinos dicens. Congratulamini mihi. ⁊c. ℞ ¶ Item ipse est clemēs p̄ ḡ filio. i. pctōri p̄ supbiā recedēti ⁊ hūiliter p̄ penitentiā reuertēti occurrit ⁊ in amplexus ruit. oscul̄ tradit. pdita restituit. conuiuiū vituli saginati instituit dicēs. Epulari ⁊ gaudere oportebat. qz hic filius meus mortuus fuerat ⁊ reuixit. ¶ In hac ergo parabola de filio tria innuunt videlicz peccatoris a deo recessus. ⁊ eiusdē peccatoris ad deum regressus. et dei ad ipm peccatorez occursus. ¶ Recessus a deo fit p culpam Et hoc innuit cū dicit adolescentior filius ad patrē. Da mihi portionē q̄ me cōtingit. et congregatis oībus abijt. ⁊ pegre. pfectus est. Sed regressus ad deum fit p pniaz. et hoc innuit cū filiꝰ in se reuersus dicit. Quāti mercēnarij in domo patris mei abundāt panib⁹ surgā et ibo. Et surrexit ⁊ abijt. Sed occursus dei fit p gratiā. qō innuit. Cum adhuc longe esset vidit eū p̄ suus ⁊ occurrēs cecidit sup collū. Recessuz pēso miserabilē. Regressum laudabilem Sed occursum acceptabilē ℞ ¶ Vere recessus a deo ḡ fit p culpā miserabilis innuit. ppter tria. videlicz qz facit a deo elongare. Vñ hic filius recedēs a patre abijt in regionē longinquam. Itē facit oīa bona pdere. Vñ hic dicit ḡ p̄sumpsit oīa luxuriose viuēdo. Itē facit demonib⁹ subiacere. In signū cuius adhesit hic ciuiā ciuis regionis. ḡ misit illū. ⁊c. ¶ Miserabilis ergo culpa que facit a deo elōgare. Ipsa ē em illa via q̄ videtur hoi recta. nouissima aūt eius ducūt ad mortē. Prouer. xiij Unde glo. de hoc filio dicit. Abijt i regionē longinquā. p viā latā que tēdit ad mortem incedēdo. Hz pēsate quo ordine pctōr a deo recedēdo ad hāc veniam disponit se. Primo enim mouet se ad eam per cogitationem. accedit ad eam per delectationez. intrat eam per cōsensum. procedit in ea per opus. clōgatur in ea p consuetudinē. Hic ordo a deo recedendi et clonganḋi designat in hoc filio prodigo. Primo enim patri dixit per cogitationem. Unde glosa Dixit id est cogitauit. Secundo portionem substantie elegit per delectationē Unde glosa. Substantia patris ḡ vimus ḡ loquimur ḡ sapimus. Cui⁹ substantie portionez petit sibi dari ḡnto hīs sine domino patris delectatur vti. Et congregatis omnibus per consensum abijt per opus. et elonganit in regionem longinquam per cōsuetudinem. ¶ Sic carissimi per hanc viaz lata tam a deo recedendo ⁊ elongando currit superbus. Unde Job. Cucurrit aduersus deum erecto collo. ¶ Item currit luxuriosus. Unde Hieremie. xxiij Factus est cursus eorum malus ⁊ fortitudo dissimilis. Propheta nanḡ et sacerdos polluti sunt. Item currit asinus. Unde Prouerbioꝝ. Postḡ Salomon de illis locutus est qui implent domus suas spoliis. subdit. Pedes eorum ad malum currūt. ¶ Currunt autem predicti per hanc viaz a deo recedendo. peccata peccatis reddē do Ps.

Si videbas fu. cur cū eo? Ecce auaricia. Et cū adul. poz. tu. po. Ecce luxuria. Nec miz qz teste Greg. peccatum qđ p pniam nō diuit mox suo pōdere ad aliud trahit. Itē currūt in pcīs pdurādo. pē. Prolō. intq. sibi. Carissimi si iter ptinuū vntus anni longū facit recessum a termino. o q̄ntum tunc a deo elongauerunt q̄ multis annis cucurrerūt in peccato. Vere de pluribus pōt dici illud pē. Qui appropinquauerunt vsq; ad portas mortis. Miserabile ḡ pctm qđ sic facit a deo elōgare et ad mortē eternā appropinquare facit etiā oia bona pdere. In signū cui? hic filius prumptus oibus viuēdo luxurio se cepit egere. Et bene dico oia bona. qz p̄terita. p̄sentia t futura. Preterita bona pdunt qz p̄sequens mortale peccatū mortificant t a demonibus oīa tollunt. Treñ. j. Manuz suā misit hostis ad oia desiderabilia ei?. In signū cuius Judic. vj. dr. Qui postq̄ filij isra el fecerūt malū in cōspectu dñi. madianite venebant t cūcta cū adhuc in flore essent deuastauerūt t nihil oīno ad vitam ptinēs relinquebant. Sic demones oia que florent p caritatē p culpā deuastant. t nihil omnino ad vitā glorie aut gratie ptinens relinquūt. Item p̄sentia bona ppter peccatū pduntur. quia oia que facit de genere bonorum mortua sunt. t deo nō accepta. Bona eñ miquoz nō pbat altissimus. i. non approbat. nec respicit oblatiōes eorū Ecc. xxxiij. Et quare. quia sunt ei abominabilia. Vñ puer. xv. Victime impiorū abominabiles dño. Tales sūt simules mari mortuo qđ nihil generat ptinens ad vitā. Esa. lix. Opa eoz iutilia Item futura bona pdunt. Vñ apl̄us ad Gal. v. cū enumerasset fornicatōez immūdiciā luxuriam t alia multa peccata mortalia. subdit Qui talia agunt regnū dei non cōsequent. Item miserabile est pctm qz facit demonib? subiectum esse. Vñ hic dr. q̄ adhesit vni ciuiū regionis illius, glo. i. diabolo q̄ excellētia prauitatis singulariter prīceps mundi dr. Joh. xiij. Hunc principi se subiecit q̄ peccatū facit. Pet. ij. A quo quis superatus est eius t seruus est Aug?. Bon? hō si fuerit liber est. malus si regnat seruus est. non vni? hois sed quod peius est tot demoniox quot viciox. In signū cui? vnus euāgelistarū de maria magdalena dicit. q̄ habuit septē vicia. alter q̄ habuit septem demonia. Et nota q̄ primo dicit adhesit qđ est voluntatis. post dicit misit illuz qđ est coactionis. quia homo ex pria voluntate diabolo se subiicit. Debilis eñ est hostis. t nō potest vincere nisi volentē. Vñ vox illoz est Esa. lj. Incuruare vt trāseamus. Sed post ab ipso trahit. Ideo dr q̄ misit illū in villā suā. i. mundi cupiditatibus subiugauit Vñ Lu. xiij. vnus de vasallis diaboli dixit. Villam emi t necesse tē. Vt pascat porcos. glo. Porcos pascit. cū ea quibus imundi spūs gaudent opatur Miserabilis est ḡ recessus a deo q̄ fit p culpā. qz sic facit elōgare a deo. t sic oia bona pdere. sicq; demonibus subiacere. ¶ Secūdo regressus pctōris innuit cum dicit. In se reuersus dixit. Quanti mercēnarij in domo p̄tis mei abūdant. Surgā t ibo ad patrē me. Et surrexit. Vere laudabilis regressus qz nō est p viam latā miserabilē q̄ ducit ad mortē p quā recesserat. sed p altam vitā. s. artaz que ducit ad vitā. vicz. viam pnie. Hec est eñ via cōpendij q̄ achymaas. i. portans onus pnie citissime venit ad dauid. i. christū. Exemplū habemus de latrone q̄ eadem hora q̄ penituit. audiuit. Hodie mecuz eris in paradiso. Et dauid postq̄ adulteriū t homicidiū ppetrasset t dixisset. peccaui statim ei fuit dimissum pctm. Vñ Augustī. O breue verbum peccaui. o tres sillabe que portas aperiūt paradisi. Dauid dixit. Peccaui. Et nathan missus a dño statim subintulit. Trāslatum est peccatū tuum. Exempluz in pmptua: ca. ir. B. Et vide laudabilē moduz re

gressionis ad deū p penitentiā. Quinq; eñ ad hoc sunt necessaria .s. status sui discussio. melioris electio. peccati cum cōtritione detestatio. confessio ⁊ operis satisfactio. Primū .s. status sui discussio. innuit cum subditur. In se reuer. dixit Quanti mercē. ⁊c. Et bñ dicit in se reuersus. In corde eñ status discutitur Unde Esa. lij. Redi p̄ua. ad cor. Et Bern. O homo nō o portet te maria trāsfretare nō penetrare nubes. nō ḡn dis tibi ostendit; via. vsq; ad temetip̄m occurre deo tuo. Quere. ij. vide vias tuas in cōuallibus scito ꝺd feceris. Ecē. xxj. p̄curre prior in domū tuam ⁊ tibi age cōcep. tu. Et debet discutere vnde recessit. quia a ꝺ emēte patre. Uñ dicit. Quāti mercē. i do. pa. m. Et quo abijt qz in regionē longinquā. vsq; ad portas mortis. Uñ dixit. Ego aūt hic. id est in regione longinq; vbi sum seruus diaboli qui prius fui filius dei. Itē debet discutere ꝺd amisit. qz oim bonoz abundantiā. Uñ dixit. Quanti mercē. in do. p. m. abun. pan. Quid incurrit qz summā egestatē. Uñ dixit Ego aūt hic fame pereo. Uñ post talē discussionē sequit melioris status electio. cū dicit. Surgā ⁊ ibo ad patrē meū. Surgā de lecto peccati in quo iaceo. ⁊ ibo qui lōge recessi ad patrē qui principi tenebrarū adhesi et dicā illi quem offendi. Pater peccaui. Surgā cū dolore. ibo cum timore. dicā cū rubore. Pater peccaui. Et surrexit p peccati dolorem. venit p satisfactionē. et dixit p cōfessionē. Pater peccaui. Prima duo .s. stat⁹ sui discussio ⁊ melioris electio sunt dispositiua ad penitentiaz. Sed tria vltima sūt contritio. confessio. ⁊ satisfactio. sūt constitutiua penitētie. que est sufficiēs ad omne peccati remediū. ℟ Taliter ḡ reuertēti p penitentiā occurrit deus pater p gr̄am. Aut occursus debet esse peccatoris acceptabilis ꝓpter q̄nq; Primo ꝓpter cursus accelerationem. Quia cum adhuc lōge esset vidit eum ⁊c. Secundo ꝓpter benignā susceptionē. In signū cuius cecidit sup collum eius. Tercio ꝓpter plenam reconciliationem. In signū cuius osculatus ē eū Quarto ꝓpter omniū perditoz restaurationē. In signum cuius dixit pater. Cito ꝓfer. sto. primā ⁊c. Quinto ꝓpē dei ⁊ angeloz et sanctoz congratulationem. In signū cuius ceperunt oēs epulari. Symphonia et chori audiuntur. ℣ Q̄ acceptabilis debet esse peccatoris occursus dei ꝓpter primum. videlicet eiusdem occursus accelerationē. Cū eñ adhuc longe esset vidit eū et occurrit. .s. p gratie auxiliū. sicut enim nutrix cū videt puerū imualidū conari ad ambulandū stanti occurrit ne cadat Ita deus cū quis nitit p libez arbitrium redire ad eius statum occurrit p gratiam. Uñ Job. xiij. Operi manuū tuarū porrriges dexteraz. sicut sez nutrix facit. Unde Osee. xj. Ego quasi nutricius effraim portabā eos in humeris meis. ℣ Item debet esse occursus acceptabilis ꝓpter benignā susceptionem In signum cuius cecidit sup collū eius brachia. .s. amplexādo. Hāc benignaz susceptionē dei innuit ecclesia crucifixū extentis brachijs pingēdo. De qua receptione Iere. iij. dicit Vulgo dicit Si mulier ⁊c. Et post. Tu aūt fornicata es cū amatoribus multis. non pauci. tamen reuertere ad me ⁊ ego suscipiā te. ℣ Item debet esse occursus acceptabilis ꝓpter perfectā reconciliationē. In signū cuius osculatus est eum. Osculū eñ est signū pfecte reconciliationis. Quantuscūq; eñ peccatoz fuerit cum redierit. nō ptem offense sed totum dimittit. In signum cuius marie magdalene que multa peccata habuit penitenti dixit. Fides tua te saluā fecit. vade in pace. Et latroni dixit. Hodie mecum eris in paradiso. Bern. Uere benignus ⁊ misericors est dñs integre remittendo. nec cōfundit exprobrando. nec minus diligit rancorem retinendo nec imputat beneficium retrahendo. ℣ Item debet esse occursus acceptabi-

lis ꝓpter ꝓditorum restaurationem. In signuz cuius dixit. Cito ꝓferte stolam primam et induite illuz ⁊c̄. Unde Ezechiel. xx xvj. promisit penitētibus. Restituā vos sicut a principio bonisq; maioribus donabo q̄ habuistis ante. Hoc signat Gen̄. xl. p visionē vitis q̄ significat penitentiā in qua erant tres ꝓpagines .i. tres partes eius. Quod signum fuit pincerne pharaonis q̄ restitueret in gradū pristinū. Unt Dañ. nij. Nabuchodonosor mutatus in bestiā ꝓpter peccata sua eiectus a regno in siluis fenum vt bos comedēs. cum elevasset oculos ad celum sensus restitutus est ei. et revocatus ad regna ꝓdita recupauit. ¶ Item debet esse occursus acceptabilis ꝓpter ipsius saluatoris ⁊ omniū angelorum congratulatiōez In signum cuius ceperūt oēs epulari Symphonia ⁊ chori audiunt. Gaudium en̄ est deo ⁊ angelis eius super vno peccatore penitentiā agente. Exēplum in ꝓmptuario ca. vj. H. Ad qd̄ nos ꝓducat Amen.

¶ Dominica in quadragesima. de epistola.

Sermo. LXIII.

Hortamur vos ne inuacuū gratiā dei recipiatis. ij. Corinth. vj. ¶ Est gra quadruplex q̄ inuacuū recipit a peccatoribus. gratia creationis. recreationis. cum diutina expectatōe crebre vocationis. et benigne susceptiōis. De gratia creationis dicit ps̄. Creauit te in misericordia ⁊ miserationibus. Et Deut. Nunquid non ipse pr̄ tuus ⁊c̄. Vere magna misericordia dei. qz creauit hominē dignioꝛē ceteris creaturis Creauit en̄ eum ad imaginē et similitudinē suaz. Qd̄ ēnte sit dignitatis in speculo trinitatis ad cuius imaginem factus est hō cum illuc puenerit plene videbit. Hanc gratiam primus homo inuacuū accepit cum peccauit. quia p peccatū similitudinē totaliter amisit. et imaginē obfuscauit. Ipse en̄ est ille hō qui p peccatū descendens ab hierusalē in hiericho. incidit in latrones scz demones. qui despoliauerunt eum q̄tum ad gratuita. ⁊ vulneraverūt q̄ntum ad naturalia. ¶ Propter hoc dē adiecit secundā gratiā. s. recreationis. et hoc cum homo p homine factus. ē et p ipso passus est. Unde viri religiosi de hoc q̄ homo factus est regratiantur sibi in Credo in vnum deū. ad hō factus est p fundē inclinantes. Et diabolus ferē cuidam monacho alapam dedisse. quia non inclinauit tunc. et dixisse. Si deus diabolus factus esset sp sibi vellem? inclinare. De hac gr̄a dicit apostolus. Scitis gratiam dn̄i nr̄i ihesu christi. q̄n̄ ꝓpter nos egen? factus est cum diues esset. Nec tn̄ homo fieri voluit sed etiam pati voluit. Aplus dilexit me et tradidit semetip̄m p me. Non abiicio gratiam dei. Uel sm̄ aliam literā. Non sum ingratus gr̄e dei. Hanc gratiā inuacuū recipit qui admittens peccatum tanti bñficiū q̄ ipse christus ꝓpter delendū peccatū scipm exhibuit immemor exīstit. Preterea ecclesia statuit vt imago crucifixi in oībus ecclesijs christianoꝝ ponatur. et in tali loco vt aspectui ingredientiū et clesiā occurrat. Ut homines memores passionis magne ihesu christi quam p pter peccata nostra sustinuit peccare desistant. ¶ Ingratitudinē autez quā pecatores circa passionē christi habēt accusare poterūt infantes qui non loquuntur. et fere irrationabiles. et lapides qui non sentiunt. Infantes ꝓpter hoc q̄ nutrices suas naturaliter amant ꝓpter bñficiū lactis qd̄ eis ministrant. et ipse saguinem eius. Tho. iij. dicitur. Honorem habebis matri tue omnibus diebus. memoꝛ esse debes quanta sit passa. Si diligenda est mater que multa passa est quo-

modo nō diligendus est christus. Ubi enī est mater que tāta sustineret, p filiis suis q̄nta christus sustinuit pro nobis. Certe legimus matres pre timore et pudore pueros reiecisse. alias pueros p cōseruatione vite sue comedisse. Hz christus vt nos cōseruaret vitā suam dedit. Exemplū in ꝓmptua. ca. xj. ¶ Item fere bñficia sentiūt. Refertur enī de quodā leone quē quidaz miles a serpente liberauit. adeo gratus fuit. ꝙ eum deserere noluit. Quam ergo excusationē peccatoz habebit in die iudicij ꝙ a liberatore suo recessit. et serpenti infernali adhesit. ¶ Itē lapides poterunt accusare. quia petre in passione scisse sunt. z adamas sanguine hircino scindit̄. Ipsi virtutem sanguinis christi non senserunt. ¶ Tercia gra peccatoribus adḧcit. s. diutine expectationis z crebre vocationis. Un apls. An ignoz; qm benig. dei ad penitentiā te adducit. Ipse diu expectādo stat ad hostiū peccatoz z pulsat crebre vocādo. z dicit. Usq̄quo obliui sceris me infi. vsq̄quo auer. fa. tuaz a me. Quādiu po. ipsi. in aīa tua. Hanc gratiā in vacuū recipiūt obstinati in peccatis qui vsq̄ in senectā z senū cōputrescunt in fecibus suis. Exemplū in ꝓmptua. ca. ix. ¶ Et licz tales putridos z senes nullus tpalis dñs ad suū seruitiū. reciperet. imo penit? spneret. tñ adhuc dominus talibus q̄rtam gratiā adhibet. sez benigne susceptionis. Exemplū de filio ꝓdigo. cui reuertenti p̄ occurrit. et amplexatus est. In cui? figura christus in cruce manus suas expandit vt peccatorē amplectat̄. caput inclinat. xp̄e. Et sic susceptum non ptem sed totū dimittit. nec more secularū dimittendo improperat. Et licet hec gratia dei sit ineffabilis sunt tñ qui eam euacuāt. s. desperati ꝙ dicunt. Maioz est nostra iniquitas q̄ vt veniā mereamur.

De epistola.

Sermo. LIX.

Ecce nūc tempus acceptabile. ij. Cor. vj. ¶ In his vbis debemus duo notare. ¶ Primo qō sit tempus acceptabile. Secūdo cui sit acceptabile. ¶ Tē pus acceptabile vt dicit apls. non tñ tēpus q̄dragesime. sed totū temp? gr̄e qō incepit a christi aduentu quo venit in mundū z durabit vsq̄ ad secundū aduentum eius sez ad iudiciuz. ¶ Triplex enī tp̄us pōt distingui creature respectu sui creatoris. s. tēpus scientie. qō fuit ante incarnatōez. Itē miseōie siue gratie. quod fuit post incarnationē. pō Tempus miserēdi eius q̄ venit tēpus Itē tp̄us iusticie qō erit in iudicio pticulari siue generali. de quo pō. Cum acce. tp̄s. ego iusti. iu. Tunc enī vnicui q̄ reddet p̄m opa sua. Quare aūt tē pus ante incarnationem dicat̄ tēpus scientie. et tēpus futurū tp̄s iusticie patebit in sermone. sed p̄ns tēpus qō est miserecordie vel gratie dicit solū tp̄us acceptabile. ¶ Est aūt tp̄us gratie acceptabile deo angelis z hominib? ¶ Deo est acceptū tanq̄ mercatoz magnum thesaurū diu absconditū habēti cui multū acceptabile est tp̄s. qñ valet thesarū suuz talibus negociatoribꝰ ostendere qui illū volunt compare. sic thesaurus regni celoz̄m diu a negociatoribus humani generis qui ad hoc creati erant vt tp̄m cōparent absconditus fuit. tum ꝓpter ip̄sius remotionez. tum ꝓpter latronū impedimētū. Non enī p̄m ꝓphetā erat creūti par p tribulationē. Nam cū negociatores huius regiōis de hinc egrediebanť mox a latronibus demonū capiebanť z in carcerē inferni retrudebantur. qō durauit vsq̄ ad christi aduentū q̄ viaz vsq̄ ad suū thesauruz tendentē pacificare voluit in hūc mundū venit. Un et in natiuitate eius angeli dixerunt. Et in terra pax hominibus. Et ipse post passionē post q̄ latrones captiuos in carcerē inferni detrusit et alios intantū debili-

tauit q̄ nō possunt ledere nisi volentes dixit negociatoribus. Pax vobis. Exē plū ca. xx. D. Uñ ex illo tpe pgūt quotidie fideles negociatores. illū nobilem thesaur videre. Bene dico nobilē. qz ex nobilitate sua intantū negociatores delectat ꝛ attrahit q̄ oim pentū imemores nō curant repatriare. Et vt magis eos ad ipm alliceret de cumulo thesauri mercemercatoꝝ modicū quid thesauri negociatoribus in transfiguratione ostendit. qui cū intantū delectati sunt q̄ obliti de amicis semp ibi voluerūt manere. dicētes. Dñe bonū est nos hic esse Unde qz mō negociatoribus dñs thesaur oñdit est tps sibi acceptabile. Et etiā angelis acceptabile tps gratie. qz hoc tpe deformitas coꝛone eoꝝ que facta fuerat p ruinā p̄ciosi lapidis. scz per hoiez reformat. qđ ipsi desiderabāt dicentes. Fac benigne dñe in bona volū. tua. vt edi. mu. hieru. De hac materia si placet loqui. require in die oim sanctorū in ꝑmone. Est etiam hoibus bñ tpus acceptabile nō tñ bonis sed etiā malis Bonis est acceptabile. qz post seruicū suū regnū celeste suscipiūt sine dilatiōe qđ nō fuit sanctis in veteri testamento ꝓstitutis. q̄ licz dño longioꝛi spacio seruierūt. qz diutius viuere potuerunt. tñ nō solū p̄cio fraudabant sed etiā in carcerem limbi retrudebantur. Adeo em̄ culpa clauserat celū q̄ ros misericoꝛdie nequaq̄ descendere poterat. Uñ prēs clamabant. Dñe in ce. mi. tua. Ex post q̄ verbū caro factū est. attulit secum sacū gratie. qz venit plenus gr̄a ꝛ veritate. Et rupto sacco in passiōe. misericoꝛdia dñi plena est terra. Et tunc incepit tps gr̄e ꝓpter indilatā retributionē acceptabile. qđ ipse dñs in latrone tūc oñdit q̄ q̄dem modicū tūc laboꝛauerat. tñ sine dilatione p̄mū accepit. Amen inquit dico tibi. hodie mecū eris in paradiso. Et Valis etiā hoc tpus acceptabile est. Ante em̄ hoc tpus q̄ seuus fuerit dñs legimus qñ sine dilatiōe peccata punichat. sicut lucifeꝛ moꝛ p̄ consensu superbie delectt. Adam p̄ vnius pomi furto de paradiso expulit. Propter luxuriam totum mūdū diluuio deleuit. Et ecce quē prius cuꝛ vno peccato sustinere noluit. modo cū centū tolerare videt. qđ facit tps gratie in quo reseruant hoies ad pniam. vt purificati a peccato celestem intrent patriā. Nō em̄ vestibus soꝛdidatis quis intrabit illam. Exemplum de regis asueri palatio. qđ in sacco nō licebat intrare. Uñ vestis innocentie ad intrandū idonea est. Exemplum de noutter baptisatis. Hac veste charissimi amicti estis si tñ vestis decentiā p mortale peccatum nō coꝛrupistis. Sed rarus est talis. Et cū vestem ad intrandū oporteat eē integrā desperaremus vtiq̄ si dñs resartionem vestis nō admitteret. Unde modo cantat ecclesia. Tribularer si nescirem mi. tu. tē. Ex misericoꝛdia ergo dñi bñ tps nobis concessum est. vt qđ p annum lamauimus. nunc resuamus cū acu contritionis. filo confessionis. ꝛ manu satisfactionis. cū quibus tribus etiā si multum vestis innocentie sit lantata. si diligenter resuatur. nō peius stabit q̄ ante Quod patet in beato petro ꝛ in mltis alijs. q̄ post casum ꝛ pactam penitentiā gloꝛiosioꝛes effecti sunt. Nec mirū. penitentia em̄ que ꝓstat ex tribus supradictis sufficiens est ad oñe peccati remedium. Hec trinam petri negationē remouit. xv. annos regi ezechie addidit. ninuitis vitam reseruauit. Si mūdus ad penitentiam confugisset diluuio nō perijsset Cayn si nouisset penitentie beneficium nō desperasset. Similiter iudas de quo dicit Hiero. Q̄ plus peccauit desperando q̄ tradendo. Penitemus ergo nunc. quia nunc est tpus acceptabile. In quo ds exaudit. Tpe inquit accepto exaudiui te. Quia si indiguerimus post q̄ venerimus in tps iusticie frustra clamabimus cuꝛ diutte. qz infra mille annos nō exaudiemur. nec in gutta aque. Exemplum in ꝓmptuario capl̄o. xvij. C.

¶ De euangelio.

Sermo. LX.

DUctus ē ihesus in de sertū a spū vt tēptaret a dyabolo ꝛc. Math. iij. In hoc euangelio matheus tria facit. ¶ Primo oñdit qꝫ xp̄us vt tēptaret volūtarie se exposuit. cū dicit. Ductus est ihesus in desertum a spū. scz volūtatis sue. vt tēptaret a dyabolo. ¶ Secūdo oñdit q̄libus astutijs tēptator vt ip̄m impugnaret accessit. cū dicit. Et acce. tēpta. dixit. Si filius dei es dic vt lapides isti pa. fiant. ¶ Tercio innuit ḡlr tētator a tētato victus recessit ibi. Tūc reliqt cū dyabolus. ℣ ¶ Primo ḡ xp̄us vt temptaret se exposuit. in hoc qui caput est fideliū oñdere volēs qꝫ nullus q̄ membꝝ suū vult esse potest pñtem vitam sine temptatione transire Unde Job̄ .xv. dicit. Non est disci. sup magistrū. si me pse. sunt ꝫ vos psequentur. Et Aug. Premonitos vos esse volo neminem esse xp̄ianū sup terrā absq; temptatione victuꝝ si forte cui tollitur aliqua securus aliam expectet. ¶ Vult enī dñs suos temptari ꝓpter multa. Et primo ꝓpter virtutū exercitū. Quia dicit Ecc. xxxiij. Qui nō ē tēptatus pauca recognoscit. Et ideo petebat dauid temptari dicens. Proba me ꝫ tempta me. Ubi dicit glo. Ideo dicit tēpta. qz nisi tēptaret negligentes essemus. Tēptatio enī cui nō ꝑsentit peccatū nō est vt dicit Greg. ꝑ materia exercende virtutis. Propter hoc alibi postq̄ dixit. Deserūt pnm. ꝫ aduersum me loquebant. Subdit. Seruus tuus exercebat in iustificationibus tuis. ¶ Item scdo vult ipsos tēptari ꝓpter virtutis notificatiōz Deut. xiij. Temptat vos dñs deus vester vt palā fiat vtz diligatis eum. Sic temptauit abraam vt obedientiā suam notificaret. ¶ Item tercio vult ipsos tēptari ꝓpter virtutū ꝑseruationē. Unde apls dicit. Cor. xij. Ne magnitudo reuela. extol. me datus est mihi stimulus car. mee angelus satha. q̄ me colaphizet. Sup quo verbo dicit greg. Cū tēptamur vicijs diuina dispensatione nobiscū agitur ne virtutibus q̄bus ꝓficimus expiramur. Idem. Nisi psalmista ꝫ tribulationes se melius ꝑuari nosset nō diceret. Proba me deus ꝫ tēpta me ¶ Item quarto vult ipsos temptari ꝓpter alioꝝ ad bonū ꝓuocationē. Unde Thobi. ij. Hanc temptationē ideo dñs ꝑmisit euenire illi vt posteris daret exēplum patie ipsius. ¶ Item vult quinto ipsos tēptari ꝓpter coꝝ p̄miationem. Unde Jac. j. Beatus vir q̄ suffert tēq̄m cū ꝓba. fu. ac. co. vi. Et Thobi. iij. Hoc aut habet ꝓ certo oñis q̄ colit te qꝫ vita eius si in ꝓbatione fuerit coronabitur. Et quia tanta bona de tēptatione ꝓueniūt. Ideo dī Jac. j. Omne gaudiū existimate fratres cū inva. tēp. inciderit. Exemplū in ꝓmptuario. c. xvj. E. B ¶ Secūdo q̄bus astutijs dyabolus impugnauerit caput nostrū ꝫ adhuc mēbra impugnat. oñdit cum dicit. Et acce. tēp. dixit ei. Si filius dei es. Vere de ipso p̄t dici illud Ecc. xj. Multe insidie dolosi. Exēplū ca. ij. S Ad hoc enī vt decipiat tēptat. diuersis de causis. diuersꝫ loc̄. ꝫ diuersis modis ¶ Tēptat dico diuersis de causis. Una de gula. cū dic. Dic vt lapi. isti pa. fiant Itē de vana gl̄ia cū dicit. Mitte te deorsum. Item de auaricia. cū dicit. Hec oīa tibi da. si cadens adoraueris me. Hec sunt tria oīm vicioꝝ genera de q̄bus dyabolus temptat. Unde Apoc. ix. De ore ipsius ꝓcedit sulphur. q̄tum ad gulam. qz fetet. pō. Sepul. patens ē guttur eoꝝ. Itē fumus q̄tum ad vanā gl̄iam. qz cito transit. Esa. xuij. Ab aq̄lone fumus veniet ꝫ non est q̄ effugiat agmen eius. qz pauci sunt q̄ nō laborāt hoc vicio. Itē ignis quo ad auariciam qz sicut ignis nunq̄ dicit sufficit. Prouer. vlt. O deus q̄tum his tribus temptando ꝑficit in mundo. qz teste Joh̄. v. Omne quod est in mundo aut est cō cupiscentia carnis q̄tū ad gulam ꝫ lu-

puriam.aut ꝓcupiscentia oculoꝝ ꝗtum ad auariciam.aut supbia vite ꝗtum ad vanam gl̃iam.De quibus tribus si placet loqui requirem in tercia dñica aducentus in sermone.Quid exstitis in deser.

¶Item tẽptauit in diuersis locis scz in deserto.in tẽplo pinnaculo.t in monte excelso.¶In deserto designantur religiosi.in templo pinnaculo clerici.ꝫ in mõte excelso ꝓiugati.Dicit aũt religio deserta.qz ibi deserit mũdus p votũ pauptatis.carnis lasciuia p votũ castitatis.ꝓpria volũtas p votũ obedientie Ibi maxime dyabolus tẽptat de gula dicens.Dic vt lapi.isti pa.fiant.i.murmura ꝙ panis est durus sicut lapis.Ꝙ ꝗtum dyabolus tẽptat religiosos vt ꝓpter gulã murmurent de cibarijs.ꝗbus dicit aplus Ioꝝ.xj.Ne ꝙ murmuraueritis sicut q̃dam illoꝝ mur.t a serpẽ.perierũt.Exemplũ.c.ij.Ꝙ.ca.xij.ꝓ.¶Di cunt aũt clerici pinnaculũ templi.i.culmen.quia p̃sunt templo.Et hos maxime temptat de supbia vel vana gloria dicens.Ꝙitte te deorsum.quia angeli portabũt te t volabis p aera.Per hoc vicium dyabolus supra modũ infestat clericos.t maxime eos qui sunt in pinnaculo templi.i.ꝓlatos ecclie ꝓsiant em altissima venti.s.vane glorie t supbie Bern̄.Vides oẽm ecclasticũ zelũ feruere ꝓ sola dignitate tuenda.honori totum dar.sanctitati nihil.Idem alibi.Ꝙd sublime est hoc salutare dicam? t qd̃ gloriã redolet hoc iustum.Idem de clericis.Intuere quõ incedãt nitidi t ornati circũamicti varietatibus tanq̃ sponsa ꝓcedens de thalamo suo.Ꝺone si quẽptam talium minus ꝓcedentem ꝓspexeris spõsam potius putabis ꝗ custodem sponse.Mons aũt excelsus t altus dicunt ꝓiugati rõne prime institutionis.Fuit em ꝓiugũ institutũ in paradiso qui est locus excelsus t sic altus ꝙ excedit omnẽ habitabilẽ regionem.Unde t aque diluuij illuc minime pngerũt.Et istis ostendit ouña regna mundi.quia maxime tẽptat eos de cõcupiscẽtia oculoꝝ.s.auaricia.ꝓpter domos t puerorꝝ ꝓcurationẽ.Et iuxta illud Tbi.vlt.Qui volunt diuites fieri incidũt in tem.t in laq̃.dya.Exemplũ ca.xij.Ꝺ.¶Item temptat diuersis modis t primo ꝓsulendo.cũ dicit.Si filius dei es dic vt lapi.isti pa.fiant.Ꝑic videt ꝗtum ad esurientẽ cõsulere.Sic sepe sub specie pietatis ꝓsulendo multos decipit.Ꝓpter qd̃ aplus Ioꝝ.r.dicẽ ꝙ transfigurat se in angelũ lucis.¶Itẽ ex scripturis sacris argumẽtando.cum dicit.Scriptũ est.Angelis suis mã.de te.Sicut dicit barlaam dyabolus vt iosaphat ad mortale peccatũ ptraheret. intrauit in quandã puellaz pulcerrimã gentilẽ que cepit dicere ꝙ statim vellet baptisari si semel cũ ea peccaret.inducendo multas scripturas tam veteris ꝙ noui testamenti quõ in hoc multũ mereret.ita ꝙ penetrauerat.si orando astutias dyaboli nõ cognouisset.Ꝺ ꝗfelices sunt qui possunt ꝗtum ad hoc dicere Ioꝝ.ij.cũ aplo.Non em̃ ignoramus astutias ei?

¶Item temptat ꝓmittendo.cum dicit Hec oia tibi da.si cadens adoraueris me.Omnia ꝓmisit q̃ nihil de suo habuit.Unde mendax fuit in sua ꝓmissione Hec est ꝓmissio nequissima.q̃ multos perdidit.Sicut dr Ecc.xxix.¶Perdidit em̃ primos pentes ꝗbus imortalitatez ꝓmisit dicens.Nequaq̃ morientini.et fefellit.Mendax em̃ est t pater eius.

Ꝺ ¶Tercio inuit euãgelista q̃r dyabolus a tẽptato victus recessit.Victi ei tẽptatoꝝ triplr.vicz sapienter rñdendo. patienter tolerãdo.t potenter repellendo.

Sapiẽter em̃ rñdit verbo scripturaꝝ sacraꝝ vtendo.cũ dicit.Scriptũ est em̃ Non tẽp.dñm deũ tuũ.In hoc ostendens potissimũ esse genus vincendi.v. bũ dei.Unde.Sap̃.xviij.Ꝺmipotens ꝑmo tuus dñe a regalibus sedib? venit durus bellator.¶Pro tãto ꝓsulit aplus Epb̃.vlt.in bello spũali maxime vtendum verbo dei dicens.Et gladiũ spũs assumite qd̃ est verbũ dei.Hoc sentiẽs

spūs assumite quod est verbū dei. Hoc sentiens dyabolus nitit multā verbuz dei impendere. Unde dñs loquens de semine verbi dei Math. xiij. dicit. Volucres celi. i. demones rapiūt illud. Et si nō possunt tollere suppseminant zizaniam erroz ⁊ viciox. vt in ipsis suffocetur. Exemplū ca. viij. ℣ Item vicit patienter tolerando. Permisit ēm se a dyabolo circūduci. Unde dicit euāgelista. Assumpsit eū in ciuitatē ⁊ statuit supra pinnaculū templi. Et iterū. Assumpsit ⁊ statuit supra montē excelsum. In hoc ostendēs ꝙ optimū genꝰ armoz est patientia. Unde in vitis patrū legit ꝙ cū ḋam sanctus pater demonē a quodā obsesso oratiōibus ⁊ muocationibus ejicere volnisset. ille dedit sancto patri alapaz. ⁊ sanctus pater cū statim aliam maxillā ad pcutendū poz rerisset. subito demon exiuit clamando O humilitas. o patientia. tu me ejecisti. ſ. Pec. ij. Pi quid patimini ꝓpt iusticiā beati. ℣ Item vicit temptatoꝛē potenter repellēdo cū dixit. Vade satha. Et sequit. Tunc reliquit eū dyabolus. Debilis ēm est hostis ⁊ nō potest vincere nisi volentē. Propter qđ dr Pec. v. Cui resistite foꝛ. in fide. Et alibi Resistite dyabolo ⁊ fugiet a vobis. Et taliter vincenti veni. angeli ⁊ mi. et.

De euāgelio.

Sermo. LXI.

Ductus ē iesus in desertū a spū vt tēptaret a dyabolo. Math. iiij. ℣ Circa ductum dñi q̄tuoꝛ innuit euāgelista oñdens ꝙd ductus. qꝛ iesus. Quo ductus. qꝛ in desertū. A quo. qꝛ a spū. Ad quid vt temptaret a dyabulo. Ex q̄bus q̄tuoꝛ alia q̄tuoꝛ ad nostrā edificationē elicitūtur. In primo oñdit tantū bonoꝛ tēptatio In secūdo tēptationis occasio. In tercio spūssancti ad ℣ instigatio. In quarto pmissa dyaboli exercitatio. ℣ In primo. i. in iesu ꝙ ductus est ad tēptandus oñdit ꝙ bonoꝛ est temptatio. In ℣ ēm ꝙ iesus añ baptismū licz multis annis scz. xxx. vixerit nūq̄ a dyabolo tēptatus legit. sed postq̄ baptizatus fuit moꝛ tēptatus ē. oñdit ꝙ ante baptismū aque vel pniēnō tēptant a dyabolo hoies. qꝛ vnusq̄q talū ℈m aplm adhuc est filius ire. Unde q̄dm quis est originali siue actuali peccato ligatus. tādiu est seruus illius ꝙ dñs est peccati. Et certe sic dicit btūs greg. Tales impulsare non appetit quos quietus possidet. ℣ postq̄ hō purificatus est baptismo vel pnia a peccato eo ꝙ renūciat a dyabolo ⁊ pōpis eius. insequit eū diaboli tēptatio. qꝛ ptēptus pharao surgit in scandaluz sicut legit in Exod. Greg. Dyabol? ꝓtra cozda charitate calentia solicitus vigilat. in frigidis autē mentibus securus iacet. ⁊ post totiens vt recedat a sanctis pungitur quotiēs ab eis amoꝛe intimo ad eterna suspiraꝛ. Unde in oꝛoe dñica postq̄ dñs petit vt dimittat peccati debitū. subdit de tēptatione. cū dr. Et ne nos inducas in tēptationē. Qꝛ ēm certū est ꝙ post peccati renūciatioz moꝛ subsequet tēptatio. ideo vt ei resistat auxiliū dñi implozaꝛ. Un in Ecco dr. ſ. fili acce. ad seruie die sta in oi timore ⁊ ꝑpara aiam tuā ad tēptationem. Postq̄ ēm ascendit quis in naviculaz. ecclesie vel pnie magnus motus fit in mari. ⁊ sic p primū ꝓpendit ꝙ bonoꝛū tantū est tēptatio. ℟ In secūdo. ſ. in deserto quo ductus fuit innuit tēptationis occasio. Nemo ēm dicit glo. tēptaꝛ nisi pri⁹ exierit in desertu. Et ℣ ꝓpendit ꝙ triplex desertū. ſ. materiale. singulare ⁊ spūale. Materiale est sic illud in quo fuerūt filij israel. xl. annis. q̄ in egypto manentes de nullo legunt tēptati. Sed postq̄ ingressi fuerant desertū etiā de vilibus q̄ deseruerāt in egypto tēptabāt sicut de cepe ⁊ pepombꝰ qꝛ ibi fuit tēptationis occasio. ℣ Desertū singulare est xpi passio. qꝛ discipuli eo relicto fugerūt. Et qꝛ solus dñs remansit. dr desertū singulare. Un ꝙ ꝓbam

dicit. Singula. sũ ego do. trã. Cũ de ℔ deserto loquerẽt dñs cũ discipl̃is oĩs hortabant se velle intrare cũ illo ⁊ mori p eo. Sed cũ iesus ad ℔ desertũ pceſſit. oĩs eo relicto fugierũt. qz ibi fuit tẽptationis occasio. Exemplũ in ꝓmptuario ca. xj. C. ¶ Desertũ spũale est religio. qz ibi deserit mũdus p votũ paupertatis. caro p votũ castitatis. voluntas ꝓ pria p votũ obediẽtie. Que tria hõ in seculo positus ante ꝙ ipa deserat nescit quid sit tẽptato. Sed postꝙ religionez intrauit in primo ꝓpter desertionẽ ipsorũ est tẽptationis occasio. ¶ In qrto innuit spũssancti ad temptandũ instigatio. cũ dr. Ductus a spũ. Unde aliter euãgelista dicit. Expulit eũ spũssanct⁹ qui innuitũ. Temptatio eñ sicut dicit beatus greg. nõ est peccatũ. ℨ materia exercende virtutis. Uñ vt hõ exerceat. ⁊ p hoc mereaꝛ a spũsancto ad hoc instigatur. Uñ ⁊ Ezechi. Et assũpsit me spus Et sequit. Exaudiui cõmotionem magnã post me. ¶ In qrto innuit p missa dyaboli exercitatio. cum dicitur. Ut temptaret a dyabolo. Bene dico permissa. quia nihil potest nisi ꝙtum a deo permittit. Unde ⁊ in porcos intrare nõ potuerunt. nisi prius a dño impetrata licentia. ¶ aũt dñs pmittit facit ꝓpter exercitũ hoim. Unde dñs postꝙ debellauit acreas potestates. nõ ocs in carcerem inferni detrusit. sed ꝙplures in hoc seculo reliquit vt eruditet in eis israelem. Sicut dicit in iud. Et tpe dñs discipulis ostendit cum sathan expetuit vt cribraret eos sicut triticum. Unde nõ dixit dñs petro. Ego aũt p tibui sed rogaui. Quia certe triticum quãto magis cribraꝛ tanto melius excutit. Unde ⁊ dauid petit. Proba me dñe ⁊ tempta me. Exemplũ in ꝓmptuario capl̃o. xvj. E. Predicta igitur ꝙtuor euangelista ostendit dicens. Ductus est iesus in desertum ⁊c.

¶ Dñica secũda in quadragesima de epistola.

Sermo. LXII.

Hec ẽ volũtas dei sanctificatio vestra. j. Thes. iiij. his verbis in sequentibus apl̃s tria facit. ¶ Primo oñdit ꝙ p nostram mũdiciam dei voluntatẽ adimplemus. cũ dicit. Hec est voluntas de sanctificatione vestra. ¶ Secũdo instruit a quibus peccatis cauendo eandẽ mundiciã ꝓseruem⁹ cũ dicit. Ut abstineatis vos a fornicatione. Et ne quis supgrediaꝛ nec circũueniat in negocio frem suum. ¶ Tercio oñdit cõminationẽ vt predicta que inquinãt magis cõmittere timeamus. Ibi. Qñ vindexẽ dñs de oĩbus his

¶ Vere primũ in quo p nostram mundictã dei voluntatẽ adimplemus. est a nobis pensandum. Moris est eñ hõibus vt cũ alicui seruiunt a quo magnũ sperant pmiũ ne p irritationẽ dñi sui pmiũ pdant. solicite discũt qliter ipsius obtẽperent voluntati. Sic ⁊ nos qui sumus dei mãcipati seruitio. a quo ⁊ magnã pmiationem. scz regnũ celoꝝ qõ nobis ꝓmisit expectamus. ne illud pdamus necesse est vt ipsius voluntati obtpemus. aliter eñ ꝓmissũ pmiũ non habebimus. Uñ dicit Math. vij. Qui cũctꝫ fe. vo. pa. m. il. intra. in reg. celoꝝ. Que aũt ipsius sit volũtas oñdit apl̃s cũ dicit. Hec est volũ. dei sanctificatio vestra. Sanctificatio hec nõ est aliõ ꝙ aĩe nr̃e a pctõꝝ sordib⁹ depuratio. Nullis eñ alijs sordibus spũs ꝙ peccatoꝝ inquinaꝛ. Nõ exp̃sse innuit dñs ¶ Mat. xv. vbi nõ alta sed illa tm̃ que ex corde exeũt. sicut homicidia. furta. ire. rixe. adulteria ⁊ hmõi. dicit hoiem coinq̃nare. corpalem vero imundictã nõ pensauit. Quantũ aũt pctm̃ maculet aĩam perpẽdere possumus in angelo primo. qui cũ esset pulcerrimus adeo p vnum pctm̃ obsordauit ꝙ absqꝫ magno horore videri non potest. Heu ꝙtum hoies tunc obsordẽt q̃ plurimis peccatis sũt

imoluti. Unde aug. loquens de dyabolo dicit. Ecce cuius horreo nomen, inuento me horribiliorē. Exēplū in pmuario ca. vj. A. B. Et cum imundicia spūalis adeo sit execrabilis. o q̄ ceci sūt hoīes q̄ de corpali imundicia quā dē nō reputat sic solicit sunt abstergenda de spūali vero imūdicia minime curāt Plurtes eñ in hebdomoda p corpali imundicia pcurant balnea. Spūalem vo imundicīā vtinā semel in anno bene purgarent. Pro tanto t ecclia p̄mussa verba apli q̄ agūt de sanctificatione repetit vt saltem mō volūtatē dei adimplentes mundationē aie nostre pcuremus. Hec ingt apls volūtas dei sanctificatio vra. De hac spūali mūdatione si vis loqui require in purificatiōe sancte marie. ¶ Secūdo instruit a q̄bus peccatis cauendo mundicīā q̄ dei voluntatē adimplemus ꝓseruemus. cū dicit. Abstineatis vos a fornicatiōe t̄c Et tangit tria peccata que sunt genera oim petōy. Sicut dicit iobes in Cañ. Supbiam. luxuriā. t auaricīā. A q̄b? tribus hō si cauit mundicīā aie ꝓseruabit. Contra luxuriā dicit. Abstineatis vos a fornicatione. Hec est eñ q̄ aiam inq̄nat t maculat. Apoc. xiij. dr. Hi sūt q̄ cū mulieri. nō sunt coniq̄nati. Et de salomone in Ecco. dr. Inclinasti femora tua mulieri. dedisti maculā in gloria tua. ¶ Cōtra supbiā dicit. Nelās supergrediat. Supbi eñ q̄si sup alios gradiunt. dū de his volūt facere q̄si scabellū pedū suoy. Supbia eñ coy qui te ode. ascen. sem. Ps. Un dicit salomon. Ubi inter supbos sp urgia sunt. Et hec ē ratio. q̄ nullus alio vult esse inferior. Supbus eñ si ei vnū verbū dr. decem vult rñdere. Si manu pcutit. gladio repcutere vult. Quantū aūt p hancaia inq̄nat. pz in angelo pulcerrimo. cui post supbie casum. Esa. xliij. dr. Tu aūt q̄i vir pollutus t same obuolutus t̄c. ¶ Contra aūt auaricīā dicit. Nec q̄s circū veniat in negocio fratrē suū. Non rephendit negociū vel negociationē, s cum circūuentionē. Negotiatio eñ in se bona est t necria. Ordinauit eñ ds vt nulla tra sibi sufficeret in oibus. s sibi mutuo subuenirēt. Un negociatores sunt oim mistri. duz eis piculis fluminū. piculis latronū. piculis in itinere quecq̄ necessaria deferūt. t ideo oim merent ofones

Quāti aūt meriti bonus negociator sit oñdit in vitis patr. vbi dr. cū q̄dam petijsset a deo sibi reuelari cui in pmio equari deberet. cui cū dictū fuiss cuidā mercatori. inuēto illo didicit q̄ iuste q̄ rendo egētes q̄bus ministraret require bat. De b̄ require in pmp. ca. ix. J. Un nō negociationē s circūuentionē ex negocio q̄ ptingit in dolo t fraude rephēdit. Malicia eñ hoim adeo implcuit fraudibus negociationē q̄ multi negociatores nō minus sunt mali q̄ raptores vel vsurarij ꝓpter coy circūuentionē. De q̄ Hiere. v. Inuēti sunt in domo mea impij insidiantes q̄si aucupes laq̄os ponētes. Sant eñ pulera vba t iuramenta q̄ sic emerūt vt sic circūueniāt Ecc. Potior ē fur q̄ assiduitas viri mēdacis. Item in mensuris t ponderibus q̄ sunt ad iusticiam istituta circūuenūt tripli. ¶ Primo diuersis ponderib? minori dādo. maiori recipiendo. ¶ Secōo cū iustū pondus hīndo male mēsurant t ponderāt. sicut faciūt tabernarij qui mensurā iplent spuma. ¶ Tercio cū, pcurat vt res tpe venditiōis sit ponderosior. sicut q̄ lanā madidāt cū vendūt. vel argentū cū ponderant. ¶ Item circūueniūt q̄ res pcurāt vt aliter appareāt cū vendūt q̄ sint. vt sutores in corio. mercatores in pāno q̄ tenebras eligunt q̄n pannos vendūt. In b̄ eñ oñdūt se male velle agere. q̄ q̄ male agit odit lucez Hz q̄ talibus circūuentionib? aia mltū inq̄nat. dr. Ecc. xxxj. Beat? dives q̄ inuē. est sine ma. ¶ Tercio subdit cōminationē. vt p dicta tria q̄ inquinat magis cōmittere expauescam?. cū dicit Un vindex est ds de oibus his. Un dicit est. q̄ nō solū punit hmōi petores in futuro s etiā in pnti vita. Nam ꝓpt

supbiam nabuchodonosor in pecudem cõmutauit.ppt auaricią adã de paradiso in hãc miseriã.quã nos sentimus expulit.ppt luxuriã tpe noe mundũ aq̃ delenit. Et si sic quis vindex est in pñti de his multo grauior erit in futuro. Exẽplum in ꝓmptuario ca.j.A.

De euãgelio.
Sermo. LXIII.

¶ Quarto q̄ vltimo mie subdunt̄ p̄mia. cū subdit. Mēsurā bo. q̄ cōfer. q̄ coagi. q̄ superfluē. dabūt in sinū vestr̄. Et nota q̄ mēsura bona ꝺz q̄n larga. mēsura ꝓfera q̄n plena. coagitata q̄n inculcata q̄ bn̄ hinc q̄ bn̄ inde ꝓcussa. vt plus capiat. mēsura superfluens. vt bn̄ cumulata hincinde exeat. In q̄b̄ omnib̄ supabūdantia remūeratōis exprimit̄. Erit g̃ mensura bona. i. larga. Quia q̄ oculus nō vidit. Erit ꝓferta quia nec auris audiuit. ¶ Plura cm̄ auris audit q̄ oculus viderit. q̄ ideo sup̄ auditum. Erit coagitata. id ē. inculcata. q̄ nec in cor hois ascendit. q̄ iō sup̄ cogitatū. q̄ cogitatus plus se extendit q̄ auditus. Itē erit superfluēs. hincinde exeūdo q̄tum ad oēm sensum. Juxta illud. Et pax dei q̄ exuperat oēz sensum. Habunt in sinū vestruz. et in h̄ p̄ dictorū notat̄ securitas. q̄ de eo q̄ tenet hō in sinu suo est secur̄. Ad quod nos ꝑducat.

¶ Dñica quinta de epistola Sermo. CXXVI.

In hoc vocati estis vt bñdictionem hereditate possideatis. j. Pe. iij. ¶ In his verbis petrus apostolus tangit duo. vocationē. q̄ vocationis rōnem. ¶ Primū scz vocationē innuit q̄ est ad gratiam. cū dicit In h̄ vocati estis. Scōm scz vocatōis rōem tangit. que respicit gloriaz. cum subdit vt benedictionem hereditate possideatis. ¶ Et bene q̄tum ad primum dico vocationē innuit. que est ad gratiam. est cm̄ dei vocatio ad naturaz. et est vocatio ad gratiam. et est vocatio ad gloriā. ¶ Prima que est ad naturaz est de non esse ad esse. De qua Ro. iij. Qui

vocat ea q̄ nō sunt. Vocatio que ē ad gr̄am est de esse ad bñ esse. De qua. j. Cor. j. Videte vocationē vr̄az fratres q̄ nō multi sapiētes. nō multi potētes nō multi nobiles ⁊c̄. Tercia vocatio q̄ est ad gloriā est de bñ esse ad pfectum esse. De q̄ Mat. xxv. Venite bñdi. pa. met pci. regnū. De secūda ꝙ vocatiōe q̄ est de culpa siue originali siue actuali ad gr̄am ait hic btūs ℙetr⁹. cū dicit. In hoc vocati estis. ℍ ℣ Hac aut̄ vocatiōe vocat dñs q̄drupl̄r tanq̄ p q̄ tuor nūcios. Vocat em̄ p p̄dicatiōez sic vocauit apl̄os ⁊ pl̄es alios. Mat. iij. Venite post me faciaz vos fieri pi scatores hoim. ℣ Scō vocat p inspi rationē. Sic vocauit mariā magdale nā Lu. vij. Ut ꝯgnoscat q̄ ihesus accubuis set vēit. Esa. vij. Sibilauit dñs muscę q̄ est in extremo flumine egypti ⁊c̄. ℣ Tercio vocat p beneficia. sic q̄si manu ducebanť vt pueri iudei. De q̄bus p̄s. Dedit eis regiones gentiuz et labores pplox possederūt vt custodiāt iustifica tiones ei⁹ ⁊ legē eius exq̄rāt. Sed certe p hūc nunciū vocati pauci veniunt. qō ipse dñs ꝙrit dicēs Osee. ij. Dedi eis frumentū vinū ⁊ oleū. argentuz multi plicaui eis ⁊ auruz. q̄ fecerūt baal. In canť. mo ysi. Incrassat⁹ ē dilectus ⁊ re calcitrauit. Et sequit̄. Derelicq̄ deum fa ctorē suum ⁊ recessit a deo salutari suo Exēplū in pmptua. ca. iij. ℣ ℣ Quar to vocat p flagella. sic vocauit pauluz qñ pcussus cecidit. aptiscq̄ oculis nihil vidit. dicente dño. Saule saule q̄d me pseq̄ris Iste nūcius ceteris ē efficatior ℣ñ statim rñdit paulus. Dñe q̄d me vis facere. pmpt⁹ ad obediendū. Act̄. ix. Hic est nūci⁹ q̄ qñ venerit fac̄ a pec cato surgere. facit vincla delectationū q̄b⁹ detinebať relinq̄re. facit ōi bñficia cognoscere. ⁊ futura pricula aduertere. Mō significat̄ in angelo petri Act̄. xij. Qui pcusso latere petri excitauit eū di cens. surge velociter. s. a culpa, ⁊ ceciderunt catene. s. delectationuz. Et cognomit̄ in se reuersus. Et ve illi qui p hos nūcios vocat⁹ neglexerit v̄ entre. q̄ nō sequit̄ ipm nisi ꝓpetuus interit⁹. Und ℙrouer. j. Quia vocaui. s. p p̄dicatōez et renuistis. extēdi manū meā p bñficī oz collationē. ⁊ non fuit q̄ aspiceret. de spernistis oē cōsilium meū. s. interioris inspiratiōis. ⁊ increpatiōes flagelloz neglexistis. ego quoq̄ in interitu vo ridebo ⁊c̄. Exemplū cap. ij. ℍ. ℣ Secundū. s. vocatōis rationē q̄ est ad gloriā tāgit cū subdit. vt bñdictioz he reditate possideatis. Et nota triplicē dei bñdictiōez. s. fortune. gr̄e. et glorie. ℣ ℙrima. s. fortune est in tpalibus. De q̄ Job. j. Opibus manuū eius bñdixi sti. et possessio ei⁹ creuit in terra. Et in Gen. xxiij. de abrahā dr. q̄ bñdixit illi dñs ⁊ dedit ei boues et oues. argentū ⁊ aurū. ℣ Scōa. s. gratie cōsistit in vir tutibus. De qua ps. Etenim bñdictionē dabit legislator. ibūt de virtute in vtu tē. ℣ Tercia scz glorie consistit in hereditaria eiusdem possessiōe. De qua hic vt inquit bñdictionez hereditate possi deatis. ℙrimā bñdictōez diligūt cum esau mundana appetentes. qui postq̄ multum p tali bñdictione flendo eiu lasset. Gen. xxvij. dictū ē ei. In pingue dine terre et in rore celi desup erit bene dictio tua. ℣ Secundā bñdictionē scz gratie querūt cū iacob contra vicia lu ctantes. vt p gratiam in tentatiōibus fortificenť. Unde Jacob luctando di xit Gen. xxxij. Non dimittā te nisi bñ dixeris mihi. Et bñdixit ei in eodez lo co. vt alios prevalere posset. ipsum for tificando. Sic ⁊ paulo in sua tentatio ne dictum est. j. Corinth. Sufficit tibi gratia mea. Illa enim est que facit cū tentatione prouentum vt possimus su stinere. ℣ Terciam benedictionē que ē glorie appetunt contēplationi insisten tes. qui dicunt cū apostolo Cupio dis solui et esse cum christo. Quibus ⁊ dr. Mat. xxv. Venite benedicti p̄is mei possidete regnum quod vobis paratū est. Ad quod nos pducat. Exemplum ca. xij. ℟.

De euangelio.
Sermo.CXXVII.

Et ascendit in na
uē vnā q̄ erat simonis ⁊ sedēs
docebat ō nauicla turbas. Lu.
v. ¶ Scōm ꝙ glosa nauiculaz al
legorice crucē christi dic̄.in p̄missis v̄
bis tria designant.vicz saluatoris no
stri in crucē ascensio.cū dic̄ Ascēdit in
nauē.Scō eiusdē in cruce ꝑm hūani
tatē nō ꝑm diuinitatē passio. cū dicit.
Sedens. Tercio in cruce multoz salu
bris instructio.cū subdit.⁊ docebat de
nauicula turbas. ¶ Bñ aūt p nauicu
le ascēsiones saluatoris nr̄i ascēsio in
cruce designat. Nauicula em̄ crux dici
tur triplici rōne.s.rōe materie rōne for
me.⁊ rōne officij. ¶ Eiusdē em̄ mat̄ie
sunt crux ⁊ nauis.qz de ligno. Vñ q̄tū
ad vtrūq; pōt referri illud Sap.xiij.
Extguo ligno ꝑmittūt hoies animas
suas. ¶ Itē rōne forme.qz sic̄ nauis est
in fine stricta ⁊ in medio lata ⁊ in capi
te strictissima.sic fuit crux christi. Nā
in fine circa pedes fuit stricta.ita ꝙcre
dit ꝙ vnus pes iuxta aliū poni nō po
terat ꝑ vnus supra aliuz vt vno clauo
transfigerent. In medio lata qz expā
dit manus suas ad populū nō credēn
tē ꝑ ꝺicentez. Esa.lxv. In capite stri
ctissima.qz q̄rta ps crucis.s.illa tabula
q̄ fuit circa caput nō fuit apposita nisi
post mortē ꝑ pilatū . Vñ filius homi
nis ñ habuit vbi caput suū reclinaret
tō inclinato capite tradidit spūm. ¶
Item rōne officij. Officiū em̄ nauis ē
de portu ad portū traducere. Sic crux
xp̄i trāsuehit de portu miserie ad por
tū glorie. Vñ Luc. vl. Ꝙ portebat pati
christū ⁊ sic intrare in gloriā suā. Ꝙ q̄
cato illū ad portuz glorie ꝑduxerat cui
dictū fuit in cruce pendēti. Hodie me
cū eris in paradiso. Vñ em̄ ꝙ nauē crucis
ascēdisset.⁊ si mille annis laborasset nō
illuc peruenisset. ¶ Hāc aūt nauem xp̄s
ascendit volent.non em̄ tract⁹ ōr tanq̄
inuitus.sed ascendit volūtarius. Esa.
liij. Oblat⁹ est qz ipse voluit. Itē ascen
dit innocenter.qz petm̄ nō fecit. j. Pe.
ij. Unde ⁊ vn⁹ de latronib⁹ testimoniū
innocentie sibi phibuit. Luc. xxiij. Hic
inquit nihil mali gessit. Itē ascēdit po
tenter. In cruce em̄ debellauit aereas
ptātes. Abac. iij. Ibi abscōdita ē fortitudo ei⁹. ¶ Bz cū xp̄s duas na
turas habuit.s.diuinā ⁊ humanaz ꝑm
q̄m passus sit designat cū ōr. Sedens
in nauicula. Qui em̄ sedet ptm est ere
ctus ⁊ ptm ꝑstratus. Sic xp̄s ꝑm hūa
nā naturā in cruce fuit p penā ꝑstrat⁹
sed q̄tum ad diuinā fuit erectus .qz ni
hil pati potuit. Hoc liquide p̄signatū
fuit in imolatiōe abrae qñ filiū suū vo
luit deo imolare. Gen. xxij. Unō ysido
rus in glosa. Sicut abraā vnicū ⁊ dile
ctū filiū suū victimā deo obtulit.sic de
us pr̄ vnigenitū filiū suū ꝑ nobis ob
tulit. Et sic̄ isaac ligna portabat quib⁹
immolādus erat.sic xp̄s crucē in q̄ cru
cifigendus erat. Sed certe isaac in im
molatiōe nō tangit sed aries qui hūa
nā naturā designat imolat. Vñ glosa
Caro potuit crucifigi.diuinitas ñ po
tuit tangi. Hoc idem innuit in ps. vbi
ōr. Si nō moyses electus eius stetisset
in cōfractione vt auerteret iram eius
Christus em̄ elect⁹ moyses in ꝙfractō
ne hūanitatis in cruce stetit in cō cussus
diuinitate. Si em̄ totus ꝑstratus fuis
set hominē ꝑstratū sublcuare nō potu
isset.nec hostez hūani generis supare.
Sic ḡ in xp̄i sessiōe ostēdit ipsius hūa
ne nature nō diuine in cruce passio cū
ōr. Sedens in nauicula. ¶ Tercō
multoz de cruce salubris ab ipo ostēn
dit instructio.cū ōr. Docebat ō nauicu
la turbas. Sed q̄les turbas.certe q̄ ꝑ
desiderio audiendi irruebāt vt audirēt
eū. Immiserat em̄ dñs in eos famem
nō famem panis nec̄ sitim aq̄.sed au
diendi v̄bū dei.sicut ꝑmiserat. Amos
viij. Ecce dies veniūt dic̄ dñs. ⁊ mittaz
famem in terrā.nō famem panis nec̄
sitim aq̄ ꝑ audiendi verbū dei. Fames

stacꝫ que est appetitus cibi corporalis signū est sanitatis corporis. ⁊ ecōtrario fastidiū huiꝰ cibi signū est languoris spūalis. Inest bruti aialiꝫ naturalis appetitus cibi. Vñ currunt aues ⁊ pisces ad cibū si eis ꝓponat. Et aues q̄ viuūt de grano frequētant vbi segetes excuruntur. Inexcusabiles sūt q̄ hoies rōne vtentes q̄ cibū suū vel nō ꝓgnoscūt vl negligūt ⁊ porrigētes eū fugiūt. Quales nō fuerūt iste turbe q̄ irruebant vt audirēt eū. ⁊ ipse de nauicula docebat turbas. qz certe tales de nauicula cruci salubriter docuit. Exēpluz ca. viij. Docuit aūt facto. docuit ⁊ ꝟbo. ℣ Facto docuit tripliciter. Nam contra auariciā docuit pauptatez qñ in cruce nudus remānsit. Contra superbiā docuit hūilitatē ⁊ vilitatē. qñ vili genere mortis ⁊ cū latronibus ꝺdemnari voluit. Cōtra carnis lasciuiā docuit asperitatē. qz affixus clauis. cōfixus lācea. coronatus spinis sputis illitus. felle potat? Hanc triplicē doctrinam reducit dñs cuilibet suo discipło ad memoriā Tre. iij. dicens. Recordare pauptatis mee. ⁊ꝫ ad primū. trāsgressiōis. i. maudite hūilitatis. ⁊ꝫ ad secūduz. ab sinthū ⁊ fellis. ⁊ꝫ tum ad tercū. ℣ Docuit nihilominus verbo ⁊ ꝟ multiplicit ꝑm multa ꝟba. i. septē. Que in cruce ꝓtulit. ℣ Primū fuit. Pater dimitte eis qz nesciūt quid faciunt Lu. xxiij. Scōm fuit. Hodie mecū eris in paradiso. Luce xxiij. Tercū. Mulier ecce filius tuꝰ et ecce mr̄ tua. Joh. xix. Quartū. Deꝰ meus deus meus vt quid dereliquisti me Matth. xxvij. Quintū fuit. Sitio. Joh. xix. Sextū. Cōsummatū est. Joh. xix. Septimū. In manꝰ tuas ꝰmēdo spm̄ meū. Lu. xxiij. ℣ q̄ntā ⁊ ⁊ꝫ vtilē doctrinā in ꝑmissis singulis ꝟbis ostēdit. ℣ In primo docuit q̄ntecunꝫ magne offense relaxationez. qz nō solū iniurias patienter sustinuit. sed nec etiam inimicis cum nocere posset ⁊ mlt̄as legiōes angelorꝫ in defensionē sui habere noluit. nec nocere voluit. qō est benignorū ⁊ mansuetorꝫ. Sed horū adhuc lege trāscendens bona ꝑ malis reddidit apud patrē crucifixores excusando dicēs. Nescūt q̄d faciunt. Et pro eis orādo Pater inq̄t ignosce eis. Nunꝫ fuit hō qui tātas ab inimicis sustinuerit iniurias. sicut dicit Tre. iij. O vos oēs q̄ transitis p viā attendite et videte si est dolor similis sicut dolor meus. Et tñ mox dimisit. Nō est cōtra illos q̄ etiā minimas iniurias remittere ꝓtēnunt. licet ex hoc magnū bonū sez sue offense relaxationē consequantur. Matth. vj. Si dimiseritis hoib? p trā eoꝝ dimittet et pr̄ vester celestis peta vestra. si nō dimiseritis. nec pater vr̄ dimittet vobis. Exempluz ca. vj. ℣ In secundo verbo sez q̄d dixit latroni tollit a peccatoribꝰ desperatiōem ⁊ infert consolatōez. Vñ Aug?. Latro q̄ ꝑ suis sceleribus crucifixus est. o domine iesu tecū vsqꝫ ad ipsius anime singultū semp in peccatis fuit. sed tñ in ipsa hora expiratiōis sue. qz maliciā suā cōfessus est et culpā clamauit ⁊ miseri cordiā inuenit. et tecū in ipsa die in paradiso fuit. Sed notandū q̄ latro licz tarde tñ magno feruore christo adhesserat. In signū cuius blasphemantē ⁊ iniquū redarguit dicēs. Neq̄ tu times deū. Deiꝑm accusauit dicēs. Nos quidez iuste digna factis recipimus. Pro christo stando ipm̄ iustificauit dicens. Hic vō nihil mali gessit. Et post deuote supplicauit dicens. Memento mei dñe dū veneris in regnū tuū. Et christus q̄ dat supra id q̄d petimus aut rogamus. sibi ⁊ pctōribus in solacū tria ineffabiliter delectabilia ꝓmisit. viz. dei fruitionē. que notat in paradiso. Sicut dicit Aug?. Suuplius assōciatiōez cū dicit. mecū. Et hoꝝ accelerationem cū dicit. hodie. Exempluz ca. ix. ℣ ℣ In tercio ꝟbo sez cū dixit. Mulier ecce filius tuꝰ. Et ecce mater tua. docz pentū curā ⁊ honorationē. licz ad hoc ipsum nos plura inducant. s. scriptura exēpla et ꝑmia. ℣ Scriptura vtiq̄ no

uiet veteris testamēti. Exo. xx. Honora patrē tuū t matrē tuā. Idē Matth. xix. Itē Ecc. vij. Honora p̄em tuū et gemitū matris tuene obliuiscaris .memor esse debes q̄ tq̄ata passa sit i vtero suo ꝓpter te. Itē inducunt exēpla inter q̄ maximū est exēplū xp̄i Uñ Lu. ij. Descendit in nazareth et erat subditus illis. Et in angustia posit⁹ passionis .et de ꝟ seculo trāsiturus matrē sollicite discipulo ꝟmēdauit dicēs. Ecce mr̄ tua. Itē aīalia dāt nobis exempla Dicit em̄ de grue ꝙ qñ p̄ t mr̄ deplumati sunt pulli eox ꝓuident eis q̄diu illi nō p̄nt. vel quousq̄ moriant. et dignē. qz t ipsi pentes ꝓuiderāt eis cum put essent. Epb̄. vj. Reddite vicē pentib⁹. qz hoc acceptū est coꝝ deo. ℣ Inducūt ctiā p̄mia. Et p̄imū est vite p̄lōgatio. Exo. xx. Honora p̄em t mr̄em vt sis lōgeu⁹ sup terrā. Scōm ē oꝛōis exauditio. Eccl. iij. Qui honorificauerit p̄ez suū tocūdabit in filijs. t in die oꝛōis sue exaudiet. Terciū est tpalis t etne btitudinis adeptio. Eccl. iij. Honora patrē tuū vt supueniat tibi bñdictio scz p̄nis t futura. ℣ In q̄rto ꝟbo. s. vt q̄d me dereliq̄sti docz afflictis exhibere ꝓpassiōz. Quia ꝟ dixit maxīe ꝓ his q̄ erāt in limbo quoꝝ miseriā et derelictionē suā reputabat. Uñ Aug. sup illud p̄s. Deꝰ deus me⁹ respice i me q̄reme dereliq̄sti. dic̄. Caput loquit̄ ꝓ membris tādiu i limbo derelictis. Q vti nā exēplo suo miserias aliox̄ nr̄as p ꝓpassionē reputarem⁹. t de ruina p̄ri mime gauderem⁹. Sic ꝓpatiebat̄ apostol⁹. ij. Coꝝ xj. dicēs. Quis infirmat̄ t ego ñ infir. Exemplū ca. xviij. ℣ In q̄nto ꝟbo cū dixit. Sitio. docuit feruēt em ad vlteriora siue dilectionē siue deuotionē. Uñ scti exēplo christi q̄to pl⁹ deū diligūt tanto magis ipm̄ diligere appetūt. q̄ appetit⁹ hic sitis ōr. Uñ p̄s Sitiuit aīa mea ad deū fōtē viuū. Et quō. Sicut ceru⁹ māt desiderat fontē aq̄r. Ceru⁹ q̄diu nō ꝓuenit ad fontez tādiu desiderium et sitim nō remittit. Sic et sancti. Uñ Aug⁹. O fons vite vena aquaꝝ viuētiū. qñ veniā ad aq̄s dulcedinis tue. de terra desta inuia et inaquosa vt sacies exaq̄s misericordie tue sitim meā. Ps. Satiabor cū apparuerit gloria tua. Exemplū in ꝓmptuario ca. xij. R. ℣ In sexto ꝟbo cū dicit Cōsummatū est. docet in bono pseuerantiā. In cuius signū etiā in lege p̄cepit vt in sacrificio cauda cū capite offerat̄. Quia sicut dicit Brego. Incassum q̄dem occurrē si ceptū iter añ terminū deserat̄. Unō dicat dñs. Qui pseuerauerit vsq̄ in finē hic saluus erit. Exemplū ca. iij. ℣ In vltimo verbo cū dicit. In manus tuas ꝟmendo spīm meū. docuit ꝙ in fine vite nr̄e deo spiritum ꝟmendare debeamus vt. s. spūs redeat ad dñm q̄ dedit illū. Exēplo h⁹ beatus nicolaus sicut legit̄ in legēda sua cum videret se finī appropinq̄re. psalmū. In te dñe spauī. cepit cantare Et cum dixisset. In manus tuas dñe ꝟmendo spīm meū. feliciter expirauit. Exemplū ca. xij. R.

℣ De euangelio.

Sermo. CXXVIII.

Receptor per totam noctē laborātes nihil cepim⁹? Lu. v. ℣ Verba sūt beati petri apli in psona mūdanox̄ p lata. in q̄b⁹ conatus eox̄ miserabilit̄ triplicit̄ exprimit̄. Est em̄ tenebrosus. laboriosus t infructuosus. Tenebrosus oñdit. cū dic̄ p totā noctē. Laboriosus cū dic̄. laborātes. ifructuosus. cū dic̄ nihil cepim⁹? De his trib⁹ Sap. v. dicūt mālani arguētes seipos i iferno Lumē iusticie ñ luxit nobis ꝙtū ad ꝓmū. lassati sum⁹ ꝙtū ad scōm. q̄d nobis ꝓfuit superbia aut diuitiarū iactātia trāsierūt oīa tanq̄ ymbra. ꝙtū ad terciū. Quātū ad p̄imū pēsandū ē triplex gen⁹ tenebrarū q̄b⁹ iuoluunt pctores. Primū gen⁹ ē ignorātie. ps. Nescierūt neq̄ intelle. i tenebris ābu. Deut. xxxij. Utinā sapēt

et intelligerent ac nouissima ꝓuiderẽt. ¶ Scõm genus est culpe. Ro. xiij. Abiciamus opa tenebraꝝ. Tercũ gen⁹ est pene. Vñ Math. xxij. Ligatis manib⁹ z pedi. ꝓicite eũ in te. exteriores. Et no tandũ ꝙ tenebre prime. s. ignorãtie du cũt ad secũdas. s. culpe. Et secunde ad tercias. s. pene. Quantũ ad hec tria dicit ps. de pctoꝛib⁹. Fiat via illoꝝ tenebre. s. ignorãtie. z lubꝛicũ. s. culpe. z angelus dñi psequẽs eos ꝗtũ ad penã.

¶ Circa scõm etiã pẽsare debemus tripliciter laborẽ in conatu mũdanoꝝ. vt delicz cupiditatis in augẽdis diuitijs. voluptatis in cõsequẽdis carnalib⁹ desideꝛijs. ambitõis in adipiscẽdis honoꝛibus mũdanis. De primo laboꝛe. s. in augendis diuitijs dꝛ Ecẽs. iiij. Considerãs aliã repi vanitatẽ sub sole. vn⁹ est z scõm nõ hz. z tñ laboꝛare nõ cessat. De scõo laboꝛe ꝙ scz ẽ in ꝓsequẽdis carnalib⁹ desideꝛijs. dꝛ Ecẽs. vj. Omis laboꝛ hoĩs in oꝛe eius z aĩa illius nõ implebit̃ bonis. De tercio laboꝛe ꝙ est in adipiscẽdis honoꝛib⁹ mõanis dicit̃ Ecẽs. x. Laboꝛ stultoꝝ pdet eos vel afflget eos. De hoc triplici laboꝛe multuz aggraua. De hac materia reqꝛe in aduentu in ꝑmone. Quid exijstis in desertũ videre. ¶ Vere miserabilis laboꝛ. sed miserabiliꝛ tãti laboꝛis infructuositas. quã recognoscũt cũ dicũt. Nihil cepim⁹. ¶ Infructuosus eĩn laboꝛ honoꝝ. Vñ ps. Vidi impiũ supexaltatũ. Et sequit̃. Et trãsiui z ecce non erat. qsiui. z nõ est inuẽtus. Exemplũz de ludo schacoꝝ. vbi post ludũ rex z regina eqliter cũ alijs in saccũ. i. in terrã ꝓiciunt̃. ¶ Itẽ infructuosus est laboꝛ diuitiaꝝ. Ps. Dormierũt somnũ suũ z nihil inuenerũt omes viri diuitiarũ in manib⁹ suis. Quia sic dicit Ber. Wandus inexoꝛabilẽ hostiaruz statuit vt nihil ꝑter pctã deportare ꝓmittat. Exẽplũ de illo ꝙ tres amicos hñs in qbus multũ confidebat. cũ fideiubere deberẽt ꝓipso coꝛã iudice dicebãt se ipm non agnoscere. Hz vnus ex miscdia ꝓmittebat ꝙ si suspẽdi deberet̃ pannũ supoculos ei⁹ eius daret ad ligandũ. Vic est mõs. Secũdus idez asserẽs ex mia ꝓmittebat se vsq ad ostiũ iudicis venire nõ vltra. Hi sũt pentes vxoꝛ z amici ꝙ veniunt vsq ad ostiũ sepulcri. Tercius ver⁹ amicus est xps ꝙ plus ꝙ pctebat̃ fecẽ. Deb̃ in ꝓmptua. habẽ ca. xj

¶ Itẽ infructuosus est laboꝛ carnaliũ delictaꝝ. Ro. vj. Quẽ ḡ fructũ habuistis in illis in quibus nũc erubescitis. q. d. nullũ. Nã luxuriã non sequit̃ nisi laboꝛ in ꝑsenti. et in futuro doloꝛ. Vnde sequit̃. Nam finis illoꝝ mors est. Exemplum ca. ij. ff

¶ Dñica sexta de epla.

Sermo. CXXIX.

Si complãtati facti sumus similitudini mortis christi simul z resurrectõis erimus. Ro. vj. ¶ In pmissis vbis apls ostẽdit ẽqliter duplici similitudini saluatoꝛis assimilari possum⁹. vicz similitudini mortis. z hec ẽ in vita. quã tangit cũ dicit. Si cõplantati facti sum⁹ similitudini mortis christi. Et similitudini resurrectõis. et hec in pria. quam subdit cũ dicit. Simul z resurrectõis erimus. ¶ Circa primũ nota ꝙ ꝙnq; in uenimus in morte christi ꝙ sequẽdo si bi assimilari possum⁹. ¶ Primũ ẽ hũilitas. Phi. ij. Hũiliauit semetipm. Et qz in eodez ipm imitari possum⁹ dicit. Math. xj. Discite a me qz mitis sũ et hũilis coꝛde. ¶ Scõm est obedientia. Phil. ij. Factus obediẽs vsq ad moꝛtem. In quo etiã ipm sequi possumus Actu. iij. Oportz deo obedire magis ꝙ hoĩb⁹. Et ps. Vt iumentũ fact⁹ sum apud te. Quia iusticiã omia eqliter portat. nõ distinguit verũ muscate sint vel fimus quib⁹ onerat̃. ¶ Tercũ est immẽsa caritas Jo. xv. Maioꝛẽ caritatẽ hemo hz ꝙ vt aiam suã ponat quis ꝓ amicis suis. Ad idẽ nos inuitat. cũ dic. ibidez. Hoc ẽ ꝓceptũ meũ vt diligatis

inuicē sicut dilexi vos. Quartū est mira patientia. qz cū legionibus angelox defendere se posset nō fecit ꝙ cū maledicerēt nō maledicebat. cū paterēt nō cōminabat. j. Pet. ij. Ad idē inuitam Hebre. xij. Per patiam curramus ad ꝓpositū nobis certamē aspicientes in auctorē fidei. Quintū fuit pseuerātia qz in his oībus vsqz ad mortem pseuerauit. Phil. ij. Usqz ad mortē mortem aūt crucis. Ad idē nos inuitat. Lu. xxiij Qui aūt pseuerauerit vsqz in finē ꝟ saluus erit. Exemplū. c. vij. ff. Et Et sic assimilabam ei in via. in morte assimilabimur vtiqz in resurrectiōe in patria. Et ꝟ etiā in ąnqz. q ꝓs in se resurgendo habuit. Primū est corpis cum debita ꝓportē integritas. Thes. Mortui resurgent incorrupti. Aug⁹. Post mortē decadsuentibus quicqd in sepulcro in spūalis corpis nouitatē ex aialis corpis vetustate mutatū resurget. incorruptiōe atqz īmortalitate vestiē. Secū dū est corpis luciditas. Matt. xij. Fulgebūt iusti sicut sol in regno pris eox. Et Phil. iij. Qui reformabit corpus hūilitatis nre cōfiguratū corpi claritatis sue. Terciū est mira agilitas. Qz sicut dicit Aug. Ubi volet spūs ꝓtinus erit ꝛ corpus. Quartū est subtilitas. qz vbicūqz sine resistentia penetrabit. Quintum est impassibilitas. qz nec mortē. nec aliquā penā. nec aliqd ꝓtrariū sustinebūt. De his ątuor corpis dotibus tangit Sap. iij. Fulgebūt iusti ꝛ tanqz scintille ꝛc. Adapta.

De euāge. Sermo. CXXX

Nisi abundauerit iustitia vra plus qz scribarū ꝛ phariseox nō intrabitis in regnū celorū. Audistis qz dictū est antiqs. nō occides ꝛc. Mat. v. Ꝑ In his ꝟbis dñs oīb⁹ volētibus regnū celox intrare duplex via siue aditus oñdit. Primus aditus est supabūdantia iustitie respectu phariseox. quā tangit cū dicit. Nisi abūdauerit iustitia vestra plus qz scribax ꝛ phariseox nō intrabitis i regnū celox. Secūs aditus est supabūdantie pfectiōis respectu antiquox. quā tāgit cū subdit. Audistis qz dictū est antiqs nō occides. Ego aūt dico vobis. oīs ąirascit fratri reus erit. Per primū. s. supabūdantiā iustitie ordinatā ad deū Per secūdū scz supabundantiā pfectionis ordinatā ad primū. Quantū ad primū pensandū qz iustitia phariseorū multiplex fuit. Prīa fuit qz se oībus in bonitate ꝓferebāt. ꝛ ideo alios ꝓtēnebāt qđ ꝓz in phariseo. Lu. xviij. Gras tibi ago dñe. qz nō sū sicut ceteri hoīm raptores iusti adulteri. ꝛ ideo publicanū tanqz malū ꝓtēnebat. Ihn subdit. Uelut etiā hic publicanus. Hoc ꝑm in phariseo ꝓz. Luc. vij. q postqz inuitauerat dnm se in sanctitate alijs ꝓferens. maria magdalena peccatrix q ad medicū venerat cū ipo medico ꝓtēnebat dicēs Dic si esset ꝓpha sciret q ꝛ qlis ē. q tangit tū qz peccatrix est. Sed certe iustitia phariseī primo supabūdauit iustitia publicani hūiliter peccata recognoscētis ꝛ dicētis. Deus ꝓpicius esto mihi peccatori. Quia hic descendit in domū suā iustificatus ꝛ phariseus malit peccatis maculatus. Sic ꝛ maria magdalena supabūdauit phariseī iustitiā qz dimissa sunt ei peccata multa. phariseo macłato remanēte i spirituali lepra ꝛ ꝟ digne. sicut ꝛcludit dñs. Quia oīs qui se exaltat humiliabit. Hanc ꝛ nos fratres charissimi iustitiā phariseox supabūdem⁹. vt quātūcūqz nos credam⁹ pfectos esse alios nō ꝓtēnamus. ꝑ tāqz de statu nostro dubij in timore ꝛ hūilitate nos portemus. Multos enī vidimus sicut dicit aplus Bal. iij. Qui in spū inceperūt ꝛ in carne ꝛsūmauerunt Sic salomon in sapientia incepit ꝛ in fine femora sua inclinans mulieribus maculā in gloria sua posuit. Ecc. xlvij Quia a mane vsqz ad vesperā ītmutat tps. sic dicit. Ecc. xviij. Ihn btūs aug⁹. in libro soli. Contremiscūt dñe omnia

ossa mea. quia nō securak oīs homo viuens sup terrā vt nō sit fuitiuum sine timore & gaudiū sine tremore. cum ignoret hō vrū amore dignus sit vel odio. Et subdit. Audimus dñe & audiuimus a patribus nostris. qō vtiq; sine tremore nō recoloquosdā vsq; ad celos ascendisse. & inter sydera nidū suū collocasse postmodū aūt cecidisse vsq; ad abyssos Audimus lucē obtenebrasse & tenebris lucē ꝓcessisse. Exemplū in vitis patrū de quodā heremita. ad quē cū veniſſet q̄dam latro multū de peccatis suis penitens. quē cū despexisset & in societate recipere noluisset. cū latro sibiꝑsi heremitoriū facere voluisset arbor ꝑcisa subito oppꝑsit eū. Heremita ill e vidit q̄ angeli ipsius aīam ad paradisum deferebant. Et cū scandalizatus diꝛisset q̄ deus plus fecisset ꝓsolatiōis latroni q̄ sibi q̄. xx. annis deoꝛin heremitorio seruiuisz & nūq̄ ipm ꝑ angelos ꝓsolatus fuisset. & ex h decreuit potius esse latro. & captus in latrocinio. mox suspensus fuit. Aliud exemplū in ꝓmptuario. ca. xij. B. Itē iusticia phariseoꝛ fuit ꝑ opa sua nō deo ꝙ hōib⁹ placere. Un Matb̄ xxiij. Oīa opa sua faciūt vt videanť ab hōibus. Sed supabundat iusticia nra huic iusticie. q̄ ad h tendimus vt ꝑ opa nostra nō hominibus sed deo placeamus. Et ad h monet nos dñs Matb̄. vj. reprobando phariseoꝛ stulticiā dicens. Attendite ne iusticiā vestram coram hominibus faciatis vt videamini ab eis. Et h q̄tum ad plurale. Et primo q̄tum ad oratione. Amant in angulis plateaꝛ stantes orare vt videantur ab hōibus. In hoc innuit ipsoꝛ vanā iusticiam. Sed subdit supabundantiam cū subdit. Tu aūt cū oraueris intra in cubiculū. & clauso hostio ora patrē tuū in abscōdito. Itē q̄tum ad ieiunū innuit phariseoꝛ simulatā iusticiā cū ibidē dicit. Exterminat enī facies suas vt videanť hōibus ieiunantes. sed docet supabundantiā. cū subdit. ne videaris hōibus ieiunans. sed patri tuo q̄ est in abscondito. Item q̄tum ad elemosynam innuit eoꝛ iusticiā stultā Matb̄. vj. dicens. Tu aūt cum facis elemosinā noli tuba canere ante sicut hypocrite faciūt Et docet huius iusticie supabūdantiā cū subdit. Te aūt faciēte elemosynā nesciat sinistra tua q̄d faciat dextra tua. vt sit elemosyna tua in abscōdito. In hac iusticia semꝑ abimdabat aplus cum in noīe dñi oīa faciens dicebat. Di hoībus placerem huus xp̄i nō essem. Iteꝝ iusticia phariseoꝛ erat multa loqui & pauca facere. Matb̄. xxiij. Dicūt enī & nō faciūt. In qua supabundāt imitatoꝛes xp̄i regnū celoꝛ intrare cupiētes qui ꝓius & plus faciūt q̄ dicūt. Iurta q̄d de xp̄o. Actuū. j. dr. Cepit iesus facere & docere. Et hoc idem suos imitatoꝛes docuit Matb̄. viij. Qui inq̄t fecerit & docuerit h nō solum intrabit in regnū ce. ꝙ etiā magn⁹ vocabit i regno celoꝛ. Uere enī discipli xp̄i sic dic greg. ꝙ ex sua vita excipiūt q̄d aliis dicūt. Iuxta illud apli Ro. xv. Non enī audeo aliquid hoꝛ dicere q̄d pre me nō efficit xp̄s. Exemplū ca. viij. R. S. Itē phariseoꝛ iusticia erat exterioꝛē nō interioꝛē mundiciā curare. Unde Matb̄. xxiij. Ue vobis scribe & pharisei q̄ similes estis sepulcris dealbatis. q̄ a foris parent speciosa. intus vo plena sunt ossibus mortuoꝛ & oīi spurcicia. sic & vos a foris paretis hōibus iusti intus autē pleni estis hypocrisi & iniquitate. Sed supabundantia hui⁹ iusticie est plus interioꝛē q̄ exterioꝛē mundiciā querere. Et hoc idem oñdit dñs. cū dicit. ꝙ pharisee munda ꝓius q̄d intus est vt fiat q̄d deforis est mūdū. Fallaxem gratia & vana est pulcritudo exterioꝛ sine interioꝛi. Un oīis gl̄ia filie regis ab intus Itē iusticia phariseoꝛ erat alios & nō se penitentijs aggrauare. Un Matb̄. xxiij. Alligant onera importabilia. suo aūt digito nolūt ea mouere. Sed iusticia xp̄i est in qua supabūdare debem⁹ potius subditos portare q̄ ipi a nobis portari exemplo ipsius saluatoris qui

peccata hoīn i corpe suo portauit sup lignū. j. Pet. ij. Et saul dicit samuelī ta q̄ plato suo. Nunc queso porto peccatū meū. Unde t Lemē. x. dictum fuit sacerdotibus. Ut portetis iniquitatē mltitudinis t rogetis p ea in ꝓspectu dñi. Sed heu vsq̄ hodie videmus q̄ ea q̄ imponunt alijs suo digito mouere nolunt. Berñ. Quid tanq̄ sup illos aggrauatis q̄ eoꝝ oīem potius portare debetis. ℣ Secundū aūt aditū regni celoꝝ q̄ est in supabundantia pfectionis respectu antiquoꝝ tāgit. cū dicit Audistis q̄ dictum est antiquis. nō occides. Hoc implendo credebant se perfectos esse. q̄ ler stringebat tm̄ manū. ℣ xps addit supabundantiā pfectionis. q̄ nō tm̄ strngit manū sed etiam animū cum dicit. Ego aūt dico vobis oīs q̄ irascit̄ huic aūt pfecte ordinaī ad primū. docet em̄ oēs iniurias primi nos. fugere t hoc sub cōminatione pene. Oīs em̄ iniuria primi aut ē in corde aut in ore aut in ope. Quantū ad iniuriā cordis dicit. Oīs qui irascit fratri suo. t addit penā. reus erit iudicio. Quantū ad iniuriā oris dicit. Omis q̄ dixerit fratri suo racha vel fatue debitor est pene Inde reus erit ꝯcilio. Quantuz ad iniuriā opis dicit. Non occides. addens penā. q̄ aūt occiderit reus erit iudicio. De his tribus ēptum placet adapta.

℣ Dñica. vij. de epistola.

Sermo. CXXXI.

Quam enī serui estis peccati liberi fuistis iustitie. quē ḡ fructū habuistis tūc i illis i q̄bus nunc erubescitis. nam finis illoꝝ mors est. Ro. vj. ℣ In his vobis aplūs ad hoc vt fugiamus statum peccati oīdit eū detestabilē. t hoc ppter q̄ tuor. Prīo ppter ei ignobilitatē. cum dicit. Eū em̄ serui essetis peccati. Secūdo ppter infructuositatē. ibi. Quē ḡ fructū habuistis. Tercio ppter erubescentie roborem. ibi. In q̄bus nūc erubescitis. Quarto ppter mortis tpalis t eterne incursionē. ibi. Nam finis illoꝝ mors est. Vere detestabilis est status peccati ppter ignobilitatē. Nā peccatū de libero facit seruum. Si em̄ magnū in hoc mōdo reputat liberū quēpiā effici p impatorem. multo maior est nobilitas collata p nostram saluatorem qui est rex regum t dñs dñantium. Talis est libertas xp̄ianoꝝ. Unde gal. iij. Qua libertate xp̄us nos liberauit. ℣ Sz certe de tanta libertate cadit homo in ignobilitatē p peccatū mortale. q̄ tunc de milite xp̄i efficitur seruus peccati et p consequēs seruꝰ dyaboli. Unō Job xlj. Qui facit peccatum seruus est peccati. Et. j. Pet. ij. A quo quis superatus est eius t seruus est. Aug. Bonus hō si seruit liber est. malus si regnat seruus est. nō vnus hoīs sed qō plus est tot demonioꝝ quot vitioꝝ. Exemplus de maria magdalena que ꝑm vnū euangelistam habuit septem vicia. t totidem ꝑm alium habuit demonia. Exemplū in ꝓmptuar ca. xij. B. ℣ Secūdo detestabilis est status peccati ppter infructuositatē. quā innuit. cū dicit. Quē ergo fructum habuistis in illis in quibus nunc erubescitis. q. d. nullū. Quia vere ex peccatis nullus vnq̄ sequitur fructus sed solūmodo pena ꝓsequitur. Unde Aug⁹. Iussisti dne vt oīs motus inordinatus pena sibi sit. Et vtinam tantā angustiam pene sustineremus in merito ꝓgrendo q̄ntā reprobi sustinent in vicio ꝓpetrando. vicz auari pecuniā cumulando. superbi honores ambiendo luxuriosi carnis lasciuiā ꝓcupiscendo. ℣ Propter hꝫ dicit Sap. v. Lassati sumꝰ in via iniquitatis. Itē infructuosus est status peccati. q̄ t si etiā aliquid facit petōr boni in genere est em̄ quasi mortuū. q̄ non meritoriū. t est quasi mare mortuū q̄ nihil generat ptinēs ad vitam. Esa. lix. Opa eoꝝ inutilia. Bona em̄ iniquoꝝ nō phat. i. non approbat altissimus. Ecc. Tales pñt dicere illud esa. xlvij. Ieiunauim⁹ t nō aspexisti. humi-

umus animas nostras ⁊ nescisti. Exē plum ca. vj. ℣. ℟ ℣ Tercio ostendit statū peccati detestabilē ꝓpt erubescē tiam ⁊ ruborē. cū dicit. ꝓpter quod nūc erubescitis. Nec mir. si boni statū pctī recogitando erubescūt. Moris ē enim hōibus vt qñ aliquod abominabile vi dente aliquo fecerūt quotiēscūqꝫ ipm viderint erubescunt. ⁊ ꝓpter ruborem faciem dimittūt. multo plus boni quā do recogitant se cozā deo ⁊ angelis et sanctis eius aliquod turpe perpetrasse qđ cū vno garcione nō fecissent. multū erubescūt ⁊ ruborē pfusi faciē dimittūt Sic publicanus ꝓpt peccati erubescen tiam ad celum oculos leuare nō aude bat. Hocipsum maria magdalena egit qñ ad medicū veniens nō ante retro se cus pedes accessit. quasi dī. illud Esdre ix. Dñe deus ꝑfundor ⁊ erubesco faciē meam leuare ad te ꝓpt multitudinez iniquitatū mearum. ℣ ℣ felices sunt qui peccata sua recolentes erubescūt ⁊ dicūt illud. Confusio faciet cooperuit me. Sed ve illi cui dicit illud Hiere. iij Frons mulieris meretricis facta est ti bi. noluisti erubescere. Exemplū ca. j. ℣ ℣ Quarto ostendit statū peccati ꝺ testabilē ꝓpter mortis incursionē. cuz dicit. Nam finis illoz mors est. ⁊ vtiqꝫ triplex mors. scz corpalis. spūalis. ⁊ ge hennalis. De prima Ro. v. In vnius delicto mors regnauit. qz si adā nō pec cassset mortuus nō fuisset. ℣ qđ hoies alij ꝑ peccatū mortē tpalem incurrerūt Sicut ꝓpter auaritiā achan quem filij isrl lapidauerūt. ⁊ vsqꝫ hodie. Adapta ℣ ℣ Item ꝓpter luxuriā. sicut her ⁊ onan dñs occidit Gen. xxxviij. Et zamri quē finees in lupanari transfodit ⁊ de mul tis alijs vsqꝫ hodie. ℣ ℣ Itē ꝓpter superbiā sicut blasphematoris sennacherib totū exercitū incinerauit. eo ꝙ superbe locut⁹ fuerat ꝺtra dñm. ⁊ de multis alijs vsqꝫ hodie q ꝓpter superbiam occidūt. Quia iuxta ps. viri sanguinū ⁊ dolosi nō di midiabūt dies suos. ipsi ꝟo vertent ⁊ dies plenī inuenient in eis. Sicut ꝑz in ezechia. xiij. Reg. xx. qui post culpā ꝓpt quā mori merebat. xv. annis supuixit. ℣ ℣ Incurrūt etiā mortē spūalem ꝓpter pctm. qz homo ꝑ malitiā occidit aiam suā Sap. j. De qua morte. j. Thi. j. Vi dua que in deliciis est viuens mortua est scz in spū. ℣ ℣ Est etiam finis peccati mors gehennalis. De qua ps. Mors peccatorum pessima. Mala quidem corpalis. peior spūalis. sed pessima ge hennalis. De qua Math. vij. Lata est via que ducit ad mortem. Quia lz pec catores ibi viuāt tm ꝓpter acerbitatem ⁊ intolerantiam pene mors dicit. ℣ ℣ dulcis esset ibi mors que hic est amara optant enim mori ⁊ mors fugit ab eis Etiā si homo deberet in lecto aureo ⁊ suauit in eternū tacere libentius mortez eligeret ℣ ℣ sic esset. ℣to magis in mfer no vbi in feruenti igne in gelido frigo re. in tenebris palpalibus. ⁊ in infinitis alijs. ⁊ hec oīa sine fine. A quib⁹ liberet nos dñs. Amen. Exēplū. c. j. A

De euangelio.

Sermo. CXXXII.

Misereor sup turbam qz iam triduo sustinēt me Mar. viij. A ℣ ℣ In hoc ꝟbo cōpen dio duo notant. Dei sup turbā miseri cordia. cū dicē. Misereor sup turbā. Et misericordie causa. cū subdit. qz iam tri duo sustinēt me. ℣ ℣ Et ℣to ad primū nō est mirū si misereꝝ sup turbā. qz mi serationes eius sup oīa opa ei⁹. Sap. Misereris oīm dñe. Nam ex miseri cordia creat. ps. Qui creauit te in mise ricordia ⁊ miserationibus. Itē ex mise ricordia creata gubernat. Tren. iij. Mi sericordie dñi qz nō sumus consumpti. Quia sicut dicit greg. Nisi manu gu bernantis teneremur omnia redirent in suum principium. s. in nihilum. Itez ex misericordia necessaria tam corpo ralia ꝙ spūalia administrat. ps. Mi sericors ⁊ miserator dñs escā ꝺdit timē tibus se. Itē ex misericordia aduersan

tes sibi tolerat. Esa. Propterea expectat vos deus vt misereat vestri. Item ex misericordia quersos benigne receptat Luc. xv. Cū adhuc longe esset vidit eū & misericordia motus cecidit sup collū eius. Item ex misericordia offensas ptū cūcq magnas relaxat. Luc. xvj. Miserius dñs dimisit eū & debitū dimisit illi Item ex misericordia citra ꝺignū iudicat. Jac. ij. Misericordia superexaltat iudiciū. Item ex misericordia supra meritū remunerat. ps. Ego aūt in multitudīe misericordie tue introibo in domū tuā Ps. Qui coronat te in misericordia & miserationibus. Ipse ergo miserator & misericors dñs dicit. Misereor sup turbam. ℣ Ecce misericordie sue subdit cām. cum dicit. Jam triduo sustinent me. Licet eñ sint miserationes eī supomīa opa eius. speciali tñ respectu misereat talīū ne deficiant in via pegrinationis tendentes ad patriā qui p triduū ipm sustinent & expectant. Iuxta illud ps. Expectās expectaui dñm. Et sequit. Et intendit mihi. Et p hāc turbam pñt intelligi oīs de peccatis suis penitentes. Qui dicūt turba. q; turbātur turbatione cōpunctionis dicentes illud cū ps. Miserere mei dñe qm infirmus sum sana me dñe qm cōturbata sunt ossa mea. & aīa mea turbata est valde. Sup tali turba dñs misereat. q; in triduo pnse ipm sustinent. Triduū aūt pnse est dolor cōtritionis in corde. pudor ꝓfessionis in ore. & labor satisfactiōis in ope. vt sez p hec purgent pcta s. cogitatiōis locutionis & operatiōis. Hi tres mortui quos dñs suscitauit. s. puellam in domo Matth. ix. Iuuenem in porta. Luc. vij. Lazarū in sepulcro. Jo. xj. Puella que in domo cōsensum mortalis peccati designat. Per iuuenē in porta qñ peccatū ad portā oris p locutionē defert. Per lazarum in sepulcro peccatū operis in ꝺsuetudine designatur Sed pensandū q puella paucis vbis suscitat. Juuenis cū plurimis & loculi tactu. Lazarus vo cū fremitu & clamore. & cū multor lachrymis suscitat. q; talis cum maiori difficultate resurgit. Hoc est triduū quo itur in solitudinē ad sacrificandū dño. Exo. viij. Hi sunt tres dies post quos penitentes restituunt in gradū pristinū. Ben. xl. Hi sūt tres dies post quos Iesus inuenit in templo celesti. ℣ Primus ergo dies dicit ꝓtritio. q; ibi cor ꝓpter peccatum confringit & cōterit sicut vas figuli cōtritione qualida. Esa. xxx. ita q nō pōt ad pristinum instaurari. Et hoc fit qñ peccator vehementer dolet de oīnibus peccatis suis. & de circūstantijs. Sicut granū inter duas molas ex toto teritur ita q furfur a farina penitus sepatur. Et sicut in torcularibus vinū ab acinis eliquat. ita cor ꝓtritum & hūliatū deus nō despiciet. Dicit & cōpunctio. quia sicut caro mortua nec vulnus nec pūcturam sentit. sic peccator pdñante delectatione nō sentit vulnus & plagam suam sed tunc virtute gratie peccator ꝓuertitur in erumna sua. i. sentit miseriā & plagam suam qñ cōfringit spina. id est dolore ꝓscientie sue. Pro quo dicit ps. In cubilibus vestris cōpungimini. Ad hoc em vlcus acu pungit vt virus & sanies effundet. Et sicut equus vel bos in luto mersus stimulis. & calcaribus de luto exire cogitur. sic p cōpunctionē dyabolus de corde peccatoris exire cogit vbi volebat q̄escere. Exemplū ō maria magdalena que septē habuit demōia. ꝓpter cōpunctionem quasi stimulatus egressus est dyabolus ante pedes iesu vbi ꝓstrata iacebat. vbi etiam dimissa sunt ei peccata multa. & dictū est ei. vade in pace. Utilitas aūt ꝓtritionis vl ꝓpunctiōis magna & multiplex. Nā penam eternā & purgatoriam cōmutat in temporalē. Quod ꝑ magnū est rep̄re in sermone. Redde qd debes. Secūdo eneruat dyabolū. ps. Cōtere bria chiū peccatoris & malignū. Hoc fecit maria magdalena septem habens demonia iacens ad pedes iesu. Exēplū in vitis patrum. vbi legit q quida san

ctus pater cum vidisset multos hoīes ecclesiam intrantes inter quos vnum dyabolus comitabat.sed postq̄ ipse legi audiuit in eccl'ia. Lauamini mundi estote auferte malū.multū cōtritus de suo peccato fuit quasi in alium hoīem mutatus. dyabolū tristem ꝛ longe abeo stantē sanctus pater vidit. De hoc exemplo vel simili habet.in ꝓmptuario ca.vj:B. ¶ Jt̄ ꝓtritio deū hoī reconciliat. Ezech.xviij. Quācūq; hora peccator ingemuerit oīm petōꝝ suoꝝ non recordabor. ¶ Quarto contritio aīam regno celoꝝ approximat.ita q̄ q̄si manu capi possit. Pro quo dicit dñs Matthe.iij. Penitētiā agite approp̄inquabit enī regnū celoꝝ. Exēplū de latrone cui in contritione statum dictū fuit. Hodie mecū eris in paradiso. Propter qđ dñs in euāgelio dicit. Regnū celoꝝ intra vos est. Et Bern̄. dicit. Non optet te o hō maria tranfretare.nō penetrare nubes.intra temetip̄m occurre deo tuo Sz cū adeo vtilis sit ꝓtritio o de⁹ q̄tū esset desideranda.q̄tum essz laborandū p ea. Sz posset quis dicere.quō eā habebimus. Certe charissimi nulla hoīs opatione ꝑ sola miserētis dei visitatione.ꝛ hoīs coopatione habet.coopatores enī dei sumus in ipsa. ¶ Nec mirum si totuz diuine virtutis est effectus. Est essi cor peccatoris q̄si abyssus tenebrosum Beñ.j. Tenebre erant sup faciem abyssi. Et apls ad Eph̄.v. Eratis aliq̄n tenebre. Est quasi lapis induratuz Job.xlj. Indurabit cor etus quasi lapis. Est quasi gelicidiū infrigidatum. Hiere.vj. Sicut cysterna frigidā facit aquā suā.sic ꝛ malicia frigidam facit aīam suā. Oportet ergo vt primū ille qui illuminat oēm hoīem cor illūinet Ille q̄ aufert cor lapideū ꝛ dat cor carneū.cor petrōis emoliat. Ille qui ignis consumens est. Deut.iij.cor calefaciat ¶ Ad hoc aūt nos debemus esse cooperatores.q̄tum ad primū scz vt cor cecū illumineť hostiū libert arbitrij ꝛ oīes fenestras.s.oēs sensus vt lux intret aperire debemus.scz videndo exempla bonoꝝ ꝛ intus recipiendo.q̄ sunt lux mūdi. Math.v. Vos estis lux mundi. Et audiendo facta sanctoꝝ ꝛ p̄cipue xp̄i opa. Unde Math.iiij. Cū audisset iohānes in vinculis opa xp̄i. Et post sequitur. Ceci vident.surdi audiūt. Quantū ad gustū ieiunando.ꝛ sic de alijs ¶ Jtē q̄tū ad secundū.s.cor induratū vt emolliat debemus coopari malleo verbi dei exponendo vt conteraţ. Sicut dicitur Hiere.xxiij. Nonne verba mea sunt q̄si malleus conterans petras. Expone ergo illud pcutientibus hoc malleo.id est obiurgationibus ꝛ increpationib⁹ vt ex eipias ictus doctrine ꝛ pdicatiōis vel certe diuine flagellatiōis.que quia pharao nō recepit induratū cor ipsius remansit. Exemplū capko.viij.L.D. ¶ Jtem q̄tum ad tercū scz cor frigidus debemus cooparī ad ignem diuinū accedendo.ꝛ hoc p deuotionē siue dei dilectionē. Cor ei ex abundātia iniquitatis refriguit charitas.ideo approp̄inq̄t ad ignem caritatis qui deus est.removendo obstacula scz oīs peccati occasionem ꝛ mundanā solicitudinē. ꝛ tādiu teneat se ad ignē quousq; bene sentiat se calefactum.ꝛ semp coopeť ad h̄ nutriendo vt ignis nō extinguaţ. Iste enī est ignis qui semel accensus nunq̄ debet extingui.sicut dicit Leuit.vj. Ignis in altari scz cordis semp ardebit quem nutriet sacerdos.i.ratio subiiciēs ligna id est recogitando xp̄i beneficia.vicz q̄ tam studiose creatus.tam gl'ose formatus.tot bonis naturalibus ꝛ talibus ditatus. q̄ miseric⁹diter reparatus.q̄ patienter expectatus.q̄ dulcissime reuocatus.q̄ hilariter receptus.ꝛ quis recogitando nō ardeat in tanta charitatis flāma. Exemplū ca.ij.E. ¶ De secūdo scz die cōfessionis si placet loqui require in festo andree. Ore aūt cōfessio fit ad salutem. ¶ De tercio scz satisfactionis require in purificatiōe. Postq̄ impleti sunt dies purgationis. Pro his q̄ in hoc triduo sustinent dūium solicitud

et dñs ne deficiant in via pergentes ad patriam. Ad quam nos perducat qui viuit & regnat

Dñica octaua de epla.

Sermo. CXXXIII.

SI spũ facta carnis mortificaueritis viuetis. Ro. viij. ¶ Si quis inter duas partes contra se bellantes periculose constitutus vitare nõ posset. quin altera ipsaꝝ iuuare oporteret. si certificari posset libenter audiret cui parti esset adherendum Due ptes sunt caro & spũs. he sibimet cem cõtinuo aduersant. Nam sic Gal. v. dicit. Caro concupiscit aduersus spm̃ & spũs aduersus carnẽ. Huic bello oportet nos interesse. quia in nobis ipsis isti duo auersarij sunt constituti. O quanti sunt qui in hoc bello incaute se habentes mortẽ tempalem & eternam incurrerũt. Vñ quia bellũ est periculosum aplus in p̃missis verbis reddit nos cautos. & facit circa ꝟ tria. Primo enim suadet in hoc bello spũi potius adherendũ cum dicit. Si spũ. Secundo docet q̃ discrete contra aduersariuz sit bellandũ. cum dicit. Si facta carnis mortificaueritis. Non enim vult vt carnem mortificemus. ꝑ facta carnis. Tertio ostendit belli fructũ. cum dicit. viuetis. Est aũt potius spũs sequẽdus in hoc bello q̃ caro ꝓpter tria. Qz bellũ ei⁹ est iustius honestiꝰ & securiꝰ. ¶ Justiꝰ primo quia carnem tanq̃ ꝓprium seruuz dño suo rebellantẽ nititꝝ in seruitutem redigere. Propter hoc aplus. j. Cor. ix. sic adherens spũi dicebat. Castigo corpus meũ & in seruitutẽ redigo. Etiã caro cũ beneficijs habitis a spũ sibi aduersat. Quicq̃d enim caro habet pulcritudinis & fortitudinis. quicq̃d in q̃nq̃ sensibus pfectionis totũ habet a spũ. quia & ipsam vegetationẽ habet. quia recedẽte spũ qualis caro remaneat patet p effectum. Vñ iustum est sicut dicit aplus. Gal. v. Si spiritu viuimus spũ & ambulemus potius sequentes dñm q̃ seruũ. ¶ Item secundo bellũ ex parte spũs est honestius. qz nititur carnis cõcupiscẽtias & ĩmundicias destruere ne peccatũ regnet in nobis. Et ꝓpter hoc aplus dicit Gal. v. Qz spũs cõcupiscat aduersus carnem. Unde qui post carnem ambulant in concupiscentijs ĩmũdicie ambulant. Sicut dicit. ij. Pet. ij. Nõ certe dissuadet apostolus vt. s. carnis cõcupiscentijs nõ obediamus. sed potius spũi. Roma. xiij. Curã carnis ne feceritis in desidrijs. ¶ Item tercio bellum ex parte spũs est securius. quia mors ex illo non timetur. se certe si ẽm carnem viteritis morieminí. sicut dicit aplus. ¶ Secũdo ostendit q̃ prudenter nos bellare debemus cõtra aduersariũ. s. nõ carnem sed facta carnis mortificando. cũ dicit. Si facta carnis mortificaueritis. Facta aũt carnis sunt tria. gula. lasciuia. & occidia. His enim tribus maxime caro intendit. ¶ Gula eñ ẽñ vocat edactas. & hec fit qñ caro exigit amplius q̃ ei debet. Lu. xxj. Attendite ne grauent corda vestra crapula & ebrietate. Ecc. xxxvij. Non te effũdas sup oẽm escam in plurib⁹ eñ esus erit infirmitas. Hiero. Multo melius est quotidie parũ q̃ raro satis sumere. Item qñ caro exigit anteq̃ debet Eccs x. Ue tibi terra cui⁹ rex puer est. vel cuius principes libent mane comedũt ps Tu das illis escã in tpe oportuno. Item qñ caro exigit lauciora & meliora q̃ ei debent. sicut in diuite q̃ epulabat quotidie splendide. In legenda sancti sebastiani legit q̃ nũq̃ verus xpianus fuit qui ciboꝝ lauticiam dilexit. ¶ Secõ caro post gulã querit lasciuiã. Hiere. v. Saturati eos & inebriati sunt. Jac. v. Epulati estis & in luxurijs epulati enutristis corda vra. Jsyõ. Libidinis ignes ciboꝝ fomentis excitant. Greg. Pũ satietate vẽter extendit aculei libidis excitant. Item caro querit otia. Vñ sicut dicit ps. carnalibus quoꝝ iniquitas sq̃ lasciuie. pdijt ex adipe gule q̃runt otia

Unde subdit. In labore hoim nō sunt
Sed certe ista facta carnis mortifica
re debemus. Gulam p abstinentiam.
Ecc.xij. Prohibe illi dare panes ne in
ipsis potentior te sit.j. Thi.vj. Habentes alimenta nō delectamenta. his contenti simus. In signum huius apostoli transeuntes p sata colligebant spicas
t manibus confricabant. Optimū est
em gratia stabilire cor. nō escis que nō
pfuerūt ambulantibus in eis Hebre.
xiij. Itē mortificare debemus carnis lasciuiā p asperitatē t afflictionē. Ecc.
vlt. Frequēs meditatio carnis est afflictiōez. Ecci.xxj. Vigilia honestatis tabefacit carnes. i. carnes lasciuias. Et.
ij. Cor.iiij. Semp mortificationē iesu
xpi in corpe nro circūferentes. s. p corporis asperitatē. Ecc.xxj. Malicia vnius hore obliuionē facit luxurie magne
Sic beatus benedictus p asperitatem
spinay fugauit carnis lasciuiā. Exemplū ca.ij. D. ¶ Itē tercio mortificare debemus carnis ocia p opationē
Ecc.xxiij. Jugū t lorū curuant collum
durū t seruū inclinant opationes assidue. Et post dicit. Mitte illum in opationē ne vacet. multā em malicia docuit ociositas. ¶ Tercio ostendit huius beli fructum cū dicit. viuetis. Cum em facta carnis p spūm mortificanī. triplex
vita acquirit. s. nature que plongatur.
Ecc.xxxvij. Qui abstinēs est siue a gula siue a luxuria adijciet vitam. Exemplū ca.j. E. Item acquirit vita gratie.
Ro.viij. Prudentia spūs vita t pax.
Exēplū.c.vj. E. Itē acquirit vita gloric.ij. Cor.iiij. Semp mortificationez
xpi in corpe nro circūferentes vt t vita
iesu xpi in corpe nro manifestet. qō erit
in glia. Exemplū ca.j. J.

De euangelio.
Sermo. CXXXIIII.

QUi facit voluntatem patris mei qui in celis est ille intrabit in regnū celoz. Matb.vij

¶ Quia voluntas dei expleta hostiaria ē regni celestis. sicut in pmissis verbis ostendit dñs. magnum est scire volūtatē dei. ideo sancti patres multum affectabāt t quasi p oībus alijs scire illam. Unde ps. Una petij a dño
scz petitionem. hanc requirā vt videam
voluntatem dñi. Et alibi dicebat. Doce me facere voluntatē tuaz. Sed quis
Sap.ix. dicit. Quis hoim potest cogitare quid velit deus. ideo dñs p paulū
apostolū sicut ei ananias p dixerat. Act
xxij. Salue inquit frater deus patrū nostroz p ordinauit te vt cognosceres voluntatē eius. postp raptus fuerat in celum inter cetera archana que viderat
volūtatem dei cognoscens nobis manifestauit dicens. j. Thes.iiij. Hec ē voluntas dei sanctificatio vestra. Et amplius illam distinguens. Ro.xij. dicit.
Probetis que sit volūtas dei bona beneplacens t perfecta. Et tangit triplicem diuine voluntatis respectum. Est
em dei volūtas bona respectu sui. vt scz
homo respectu sui bene se habeat. bñ
placens respectu primi. t pfecta respectu dei. Facit g hō voluntatē dei prio respectu sui t hoc in multis vicz multū
deserendo t de pterito penitēdo. Et b
ipse manifestat in pabola Matb.xxj.
dicens. Homo quidā habuit duos filios t vni dixit. Fili vade hodie operari
in vineā meam. Ille aūt postp dixisset
nolo penitētia ductus iuit. Postea dixit alteri similiter. Et ille postp dixisset
eo dñe. nō iuit. Quis inquit ex his duobus fecit voluntatē eius. Dicunt ei primus scz q penituit de malo pterito. Un
Ezech.xviij. Nunqt voluntatis mee ē
mors impij dicit dñs. t nō vt cōuertat
a vijs suis t viuat. Sic ergo homo et
malum deserendo t de illo penitendo
facit voluntatē dei t merē introitū regni celestis. Un Math.iiij. Penitentiam agite appropinqbit ei regno celoz
Et Mathei.xxj. dicit dñs pharisei t
publicani Meretrices precedent vos

rñdet dñs. vade filius tuus viuit. Exē
plū ca.iij.3.

¶ Dñica vicesimasc̄da de epi
stola. Sermo.CLXVII.

Hec oro vt charitas vr̄a magis ac magis abū
det. Philꝫ.j. ¶ In verbis
istis p̄ nobis ap̄s crozat.vt in salubri
abūdantia scz gratie abūdemus. Sūt
aūt tres abūdātie.vicz fortune gratie.
et glozie. ¶ Prima scz fortune cōsistit
in rebus tp̄alibus. De qua ps. Abun
dantes in seculo obtinuerunt diuitias
¶ Secunda abundantia scz grē cōsi
stit in virtutibus ⁊ bonis opibus. De
qua.ij. Coz.ix. Potens est deus oēm
gratiā abundare facere in vobis vt in
oībus scz virtutib⁹ semp oēm sufficiē
tiam habentes.abundetis in oē opus
bonū. ¶ Tercia abūdantia p̄sistit in p̄
mioz fruitionibus. De qua Prouer.j
Qui me audierit absq; terroze erit . et
abundantia pfruet. ¶ Prima abundā
tia scz fortune debemus p̄tēnere. Ps.
Diuitie si affluāt nolite coz apponere.
In secūda scz gratie debemus p̄ficere
Vñ hic dicit Caritas vestra magis ac
magis abūdet. Tercia scz glozie debe
mus appetere. Ps. Cōcupiscit ⁊ defi
cit anima mea in atria dñi. Ō ¶ De
bemus aūt primā. s. fortune cōtemne
re ꝓpter quinq;. ¶ Primo qz q̄ntūcūq;
homo p̄ ipsa habēda laborauerit.finē
ipsius non consequit. Eccl.xj. Est hō
laborās ⁊ festinās ⁊ dolens impius.
⁊ tanto magis non abundabit Semp
eī auarus eget. Quia quo plus sunt
pote plus sitiunt aque. Propter ō dz
Lu.xij. Videte ⁊ cauete ab omni auari
cia.quia non in abundantia cuiusq; vi
ta eius est ex his q̄ possidet. ¶ Secun
do quia p̄ eā deus p̄tēnitur ⁊ p̄uocat
Neemie.ix. Abūdauerūt deliciis a bo
nitate tua magna p̄uocauerunt aūt te
ad iracundiā ⁊ recesserūt a te. Deut.vi
ti. Incrassatus impinguatus dilatat⁹
derelict deū factorē suū ⁊ recessit a deo
salutari suo. Exemplū in p̄mptua.ca.
iij. D. ¶ Tercio debemus eā p̄temne
re.quia in p̄fundū vicioꝝ solet p̄cipi
tare. Ezech.xvj. Hec fuit iniquitas so
dome. Superbia.satietas panis.⁊ abū
dantia et ociū. Exemplū de salomone
quia abūdauit auro ⁊ argēto ⁊ in pa
ce plusq; oēs reges qui fuerant aī eū.
supabundauit et in mulierib⁹? ¶ Quar
to debemus eā p̄tēnere quia verbū au
steritatis vel penitētie nō sinit audire.
Unō Hiere.xxij. Locutus sum ad te in
abundantia tua ⁊ dixisti non audiam
Iste cū sunt spine q̄ suffocant semen
verbi dei. Exēplū ca.viij. D. ¶ Quin
to ⁊ vltimo debemus eā p̄tēnere.quia
ad summā egestatem inferni deducit.
Nō optime significat Gen.xlj. vbi dz
Veniēt septē anni fertilitatis magne
in vniuersa terra egypti.quos sequent
alij septez anni tante sterilitatis vt ob
liuioni tradat cuncta retro abundātia
In egypto eī hui⁹ mundi diuites sūt
septem annis.hoc est omnibus annis
vite sue in abundātia magna. Hz hos
sequunt septē alij anni future vite ma
gne egestatis ⁊ fame.quod patet in il
lo diuite qui epulabat quotidie splēdi
de.et post guttā aque quā instant peti
uit habere non potuit. Ō ¶ In secū
da aūt abundantia debemus crescere.
Unō hic dicit. vt caritas vestra magis
ac magis abundet. Et notandū q̄ bis
dicit magis ac magis vt. s. sīuat q⁊ re
spectu dei magis.⁊ etiam respectu p̄xi
mi magis abūdet in nobis caritas ac
crescat. De primo dicit. j. Thes. iij. Ro
gamus vt obsecramus in dño iesu vt
quemadmodū accepistis a nobis quō

oporteat vos ambulare ⁊ placere deo. sic ambuletis vt abūdetis magis. glo. in fide ⁊ dilectiōe. De secūdo vt crescamus in charitate q̄tum ad ꝓximū dicit j. Thes.iij. Deus vos multiplicet ⁊ abūdare faciat charitatē vestrā in inuicem ⁊ in oēs. Debemus aūt in charitate respectu dei ambulare ⁊ crescere triplr. Primo vt quilibet nostr̄ ipm diligat plus q̄ sua. Sic fecit aplus Phil.iij. Propter quē oīa detrimentū feci ⁊ arbitratus sum vt stercora vt xpm lucrifacerē. Et Math.xix. Ecce nos reliq̄mus oīa ⁊ secuti sumus te. Secundo vt diligat plus q̄ suos. Sic aplus Gal. j. Cū aūt cōplacuit ei q̄ me segregauit. Et post dicit. Cōtinuo nō acquieui carni ⁊ sanguini .i. cognatis meis ꝑm carnem. Deut.xxxiij. Qui dixit patri suo ⁊ matri sue.ite nescio vos. ⁊ fratrib⁹ suis ignoro illos ⁊ nescierūt filios suos. hi custodierūt eloquiū tuū ⁊c. Tercio vt diligat plus q̄ se. Sic fecit aplus Gal. ij. Christo affixus sum cruci. viuo ego tam nō ego. viuit aūt in me xp̄s. Phil. j. Mihi viuere xp̄s est ⁊ mori lucrum. Item debemus abundare in charitate respectu ꝓximi triplr. vicz vt diligamus ꝓximū plus q̄ res eius. Sic fecit aplus.ij. Cor.xij. Non quero q̄ vestra sunt ꝑ vos. Tullius. Eos tanq̄ pecora diligimus quos nō ꝓpter se ꝑ ꝓpter fructum diligimus. Secūdo vt diligam⁹ corpus ꝓximi plus q̄ res ꝓpias. qō fit qñ nō petit rebus vt subueniat necessitati corporis ꝓximi. Ecci.xxix. Perde pecuniā ꝓpter fratrē ⁊ amicū. ⁊ nō abscondas illam sub lapide in pditionez Tercio vt diligamus aīam ꝓximi pl⁹ q̄ corpus ꝓpriū. Sic fecit aplus.ij. Cor. xij. Ego aūt libentissime impēdar ⁊ superpendar ipse ꝓ aīabus vestris. Hec est abūdantia grē quā vt hr̄e possimus ꝑ nobis inꝑpellat aplus dicēs. Hoc oro vt caritas vr̄a magis ac magis abūdet

In hac abūdātia puenit ad abūdantiā glē quā debemus appetere. De qua abundantia aug. In celo nihil deest. nihil abest. nihil extra qō appetat. nihil intus quod fastidiat. Que abundantia vere dicit abūdantia q⁹ plus extendi nō potest. qō oculus nō vidit. nec auris audiuit. nec in cor hoīs ascendit q̄ ꝓparauit deus diligentibus se. Hec ē abundantia scōr. De q̄ ꝓcer. j. dō. Et abūdantia ꝓfruct. Ad quā nos perducat q̄m celis sine fine vi. ⁊ reg.

De euangelio.

Sermo. CLXVIII.

Simile est regnuz celoz hoī regi q̄ voluit rōnem ponere cū ꝓuis suis ⁊c. Math.xviij.

In hac ꝓabola circa rōem quā cū ꝓuis suis saluator noster est habiturus tria nobis intimant. vicz diligētia misericordia ⁊ iusticia. Diligētia in rōnis positione. q̄ tangit ibi. Dixe est regnū celoz hoī regi q̄ voluit rōnem ponere cū ꝓuis suis. Misericordia in debiti relaxatiōe. ⁊ ꝫ ibi. Misertus autez dñs serui illius dimisit eū ⁊ debitū dimisit ei. Justicia aut̄ innuit in nequā fui ꝯdēnatione. ibi. Iratus dñs tradidit eū tortoribus ⁊c. Juste em̄ ꝯdēnat q̄ post tantū misericordie bñficium sibi impensum cōserui sui nec in mīmo voluit misereri. Sed notandū q̄ diligentia rōnis in ꝓmissis verbis infert timorē. Misericordia relaxatiōis infert cōsolationē. Sz iusticia ꝯdēnationis infert horroreꝫ. Metuenda est vtiq⁹ diligentia rōnis si ꝯsideret qs est q̄ rōem ponet. cū q̄bus ponet. ⁊ de q̄bus ponet

Q̄ metuēda est rō quā ponet creator oīm. quē latere nihil pōt. q̄ in hoc euāgelio p hoīem q̄tum ad hūanitatē. ⁊ regē q̄tū ad diuinitatē designat cū dicit. Dixe est regnū celoz hoī regi. Apoc.xix. Rex regū ⁊ dñs dñantiū dō. Ān ipm nil occultare poterimus etiā si vellem⁹. Un apls. j. Cor.iij. Unusc⁹iusq⁹ opus manifestū erit. dies em̄ dñi declarabit. Idē. iij. Veniet dñs ⁊ illūminabit abscondita tenebraꝝ ⁊ manifesta

dit ꝓsilia cordiū. Bern. Nō dilata fac obliuiſci multa. Jō multū timenda. qz oſa nudat apta. Hebre. iij. Viero. Ut uebiť t nudabiť pectoris mei cōſcia. t de apto corde videbūť lre pctōꝝ meoꝝ atqꝫ vniuerſa multitudo aſtantiū leget in pectore ſignatas imagines pctōꝝ meoꝝ. ¶ Hz cū q̄bus ponet rōnem. vtiqꝫ cū ſeruis ſuis. Serui dei dicuntur generaliter hoīes p creationē. Un Ps Scitote qz dns ipſe eſt deus. ipſe fecit nos. Et ſequiť. Seruire dño. Specialius dicunť p redēptionē. Un. j. Coꝝ. vij. Precio empti eſtis. nolite fieri ſui hoīm. Spālisſime p bñficioꝝ collationē. Math. xxv. Vocauit ſuos ſuos et tradidit illis bona ſua. ¶ Hz de q̄bus ponet rōem cū ſuis ſuis. ¶ Nūc rōnem ponet de aīa quō eā ſuauerint. Eſt em̄ p̄cioſus theſaurus t toto mōdo p̄cioꝝ t iō ſolicite ſuandus. j. Coꝝ. iij. Habemus theſaurū iſtū in vaſis fictilibus. i. corpalibus. Deuť. iij. Cuſtodi temetipm̄ t aīam tuā ſolicite. Ipſa em̄ aīa eſt p̄cioſa margarita. cuius p̄cioſitatem oñdit celeſtis negociator vendens oſa que habuit t dans p ea hñda ¶ Math. xiij. Dedit em̄ p ea carnē ad lacerandū vt de eius vulneribus curaretur. ſanguinē ad effundendū. vt p illuz mundificareť vitā ad occidendū vt per hoc viuificareť. aīam ad infernū deducendā. vt aīa hoīs de inferno educereť Bern. Ue mihi ſi talentū traditū mihi negligēter ſeruaucro p̄cioſo ſanguine agni incōtaminati appreciatū. j. Thi. vj. Depoſitū tuū cuſtodi. hic p̄cioſus theſaurus amittiť qñ delectatiōi mortalis peccati conſentiť ¶ Pcōo rōem ponet de bonis ſpūalibus inter q̄ maxīa ē gr̄a qua aīa decoraťt in bono ꝓfortať adeo q̄ ſine ipſa aīa nihil eſt t nihil pt. j. Coꝝ. xv. Gr̄a. dei ſum id qō ſū. Que q̄p̄cioſa eſt dicit Prouer. xxiij. Sup argentū t auꝝ gr̄a bona. Et Sap. vij. dr̄ diuitias nihil eſſe in compatiōe illi? Quaz q̄dam inuacuū accipit qui ſcz in bonis op̄ibus ſe nō exercent. Et cū talibus rōnem ponet de ipſa. Propter qō dicit apls. j. Coꝝ. vj. Hortam̄ vos ne inuacuū gr̄az dei recipiatis. Et. j. Pe. iij. Unuſq̄ſq; ſicut accepit gr̄am in alterutrū adminiſtrantes. ¶ Terciū dr̄ ponet rōem eſt corpus noſtrū quō illud cuſtodiuimus. Eſt em̄ caſtrū qō tenemus a deo in feudū. qō tantū amamus q̄p to mūdo nō daremus illud. Un tanq̄ p̄ditor peſſimus ꝓdemnabiť q̄ dñm abeo exp̄ulerit. t aduerſario. i. dyabolo illud aſſignauerit. Prouer. v. Ne des alienis honorē tuū. q̄ eſt vt ſis caſtellan? ſūmi regis. t annos tuos crudeli. Et poſt dr̄. Et gemas qñ ꝓſūpſeris carnē t corpus tuū ¶ Iſtud caſtrū bene cuſtodiť qñ caſte t ſancte teneť. qz tēpluz eſt dei viui. j. Coꝝ. vj. An neſcitis qz corpora vr̄a templū ſūt ſpūſſancti. Triplici aūt iure debemus ꝺo de corpe ſuire Primo quia totū corpus de ſuo fecit. Secundo qz ſuū p̄cioſum corpus in tā duro ſeruicio p noſtro expoſuit. Tercio qz tā p̄cioſam remūeratiōē corpi nō p̄miſit. ſ. q̄tuor dotes. Certe rex francie libenter totū ſuū regnū daret ſi vnā de dotibus compare poſſet. ſicut ē impaſſibilitas. t ſic de alīs. Adapta. ¶ Quartū de quo ponet rōem ſunt bona corpalia. t ſunt q̄ſt q̄nq; talenta q̄ nobis tradidit. ſ. corpis fortitudo. pulcritudo. iuuenilitas. ſanitas t leuitas. De q̄bus ſi bene fuerimus alta q̄nq; ſuplucrabim̄ ſcz vt det nobis fortitudinē ſine debilitate. pulcritudinē ſine deformitate. iuuentutem ſine ſenectute. agilitatem ſine difficultate. ſanitatē ſine infirmitate Talibus qui ſic lucrati fuerit dicet dñs Euge ſue bone t fidelis intra in gaudiū dñi tui. ¶ Quintū eſt de quo ponet rōem. bona ſcz tempalia. Eccl. xj. In bonis ſit cor tuū t ſcito q̄ p omnibus his adducet te deus ad iudiciū. ſcz p diuitijs t delitijs t honoribus. De diuitijs dr̄ Job. xx. Diuitias q̄s deuorauit euomet t de ventre eius extrahet eas deus. De dilitijs Apoc. xviij. Quantū fuit in delitijs t q̄tū glorificauit ſe. tan

tū date ei tormentū ⁊ luctū. De honoribus Luc. xvj. Redde rōnem villicationis tue. iam eī non poteris villicare. Item ponet rōem de tpe nobis cōcesso Apoc. ij. Dedit illi tp̄us vt pnīam ageret ⁊ ñ vult penitere Job. xxiij. Dedit ei ds locū pnīe ⁊ ipe abutit eo in superbia. Bern. Non est tibi tp̄s vite impensum qđ nō exigat a te qualit sit expensum. Idem. Nihil pciosius tpe. sed heu hodie nihil vilius reputat. quia in vno momento possent pcōres lucrari plus q̄ vellent mille mūdi scz regnū celoz. sicut ille fecit cui dictū fuit. Hodie mecū eris in paradiso. O q̄ carū dānati reputarent si vnā horam tempis ad agendā pnīam haberent. ideo dicit. ij. Coz. vj. Ecce nunc tp̄s acceptabile. s. ad misericordiā obtinendā. ad gratiaz inueniendā. ad gl̄am pmerendā. Ergo dū tp̄s habemus opemur bonū ad oēs Gal. vj. Quia tp̄s qđ modo habemus p nobis. tūc erit ptra nos. Treñ. j. Vocauit aduersum me tp̄s. Et vt breuit̄ ꝯcludā. ponet rōnem de oīmbus nr̄is cogitatiōibus. Sap. vj. Interrogabit opa vestra ⁊ cogitationes vr̄as scrutabitur. Et sup illud Job. xxij. ipse cōsiderat vias meas. dicit grego. Sic deus vias vnuscuiusq̄ cōsiderat. sic gressus dinūerat. vt nec minutissime cogitationes eius iudicio. ac verba tenuissima q̄ apud nos vsu viluerūt eius districto examini indiscussa remaneāt. Item de oīb⁹ verbis. Math. xij. De oīm verbo ocioso quod locuti fuerint homīes reddent rōnem in die iudicij. Item de oīb⁹ opibus qua intentione ⁊ vtilitate facta sunt. Eccl̄s. vj. Cuncta que fiunt adducet deus in iudiciū ⁊ p oīm errato siue bonū siue malū sit. Exemplum ca. iij. ¶ Item quidam comes pictauiensis. dr̄ fuisse qui voluit experiri oīm officia. ⁊ ad vltimū dixit. q̄ ipse p̄ponere oīmbus alijs officium mercatoz in nundinis q̄bus tradit̄ quicq̄d volunt. ⁊ valde splendide viuunt. sed hoc solū in b officio erat odibile q̄ in fine eis oīa etiam minima cōputabant. qui nō soluit statim captus detinebat. Sic fiet in iudicio. Oēs eī stabimus ante tribunal xp̄i vt referat vnusq̄sq̄ p̄ut gessit siue bonū siue malū. Ro. xiij. ⁊ ij. Coz. v. Item Roz. xiij. Unusquisq̄ nostrū p se rōnem reddet deo. Et certe sicut dicit job ix. Si voluerit cōtendere nō est qui rn̄ deat ei vnū p mille. scz de beneficijs p̄ceptis. Hec tunc etiam poterimus misericordiā inuenire in debitu relaxatiōe Unde modo debita in corde nostro si quibus obligati sumus requiram⁹ vt futurā rōnem euadere possimus. Eccl̄. xviij. Ante iudiciū interroga teipsum. Quantū potes ait Bene. ipse te argue ⁊ inquire etiam si decem milia talentorū inueneris te teneri ne diffidas q̄n oblatus est ei qui debebat decem milia talentoz ⁊ misericordiam inuenit. Ex emplum cap̄lo. xiij. J.

De euangelio. Sermo. CLXIX.

Qsertus aūt dñs serui illius dimisit cum ⁊ debitum dimisit ei. Math. xviij.

Circa hanc misericordiam tria ponuntur ex parte serui. ⁊ tria ex parte dñi. Ex parte serui vicz de peccatis humiliatio. ibi. Procidens autez seruus. Secundo p̄ plongatione vite ad satisfaciendum deprecatio. ibi. Rogebat eum dicens. Patientiam habe in me. Tercio vt de omnibus satisfaciat p̄missio. cū dicit. Et oīa reddā tibi. Dri mū est ergo post cognitionē debitoruz de peccatis hūiliatio. Sic publican⁹ a longe stetit. nec audebat oculos ad celum leuare. Luc. xviij. Et magdalena p̄strata ad pedes dñi eos extergebat. Sic rex niniue peccata recognoscens indutus sacco sedit in cinere. Hoc modo ⁊ Eldras dixit. Deus meus cōfundor ⁊ erubesco leuare faciem meam. quia peccā mea vsq̄ ad celum creuerūt.

Hic ⁊ in signū hūiliationis dr hic q̄ p̄cidens fuus ille rogabat ex hūiliatioe Exemplū in pmpt̄. c. j. ¶ Sequit vt vita ad satisfaciendū p̄lect depcatio. cū dr. Patientiā habe in me ⁊ oīa reddā tibi. i. quousq̄ satisfactā paticter sustine me. Melius est em̄ in hac vita de peccatis satisfacere q̄ ad penā purgatorij reseruare. Pñs em̄ pnīa est q̄si vmbra respectu purgatorij. Vñ aug. de v̄bis ap̄li. Si bonis opibus pcā nō redimimus tādiu in illo purgatorij igne moras hēbimus q̄diu pcā mīma ꝓsumāt. Sz dicet aliq̄s. nō curo q̄diu moras hēam vt ad vitā exeā. Nemo dicat hoc frēs. q̄ ignis ille purgatorij ḡuior est q̄ quicq̄d penaꝝ in hoc seculo aut excogitari aut sentiri possit. Propter hoc alibi Aug. dicit. Dñe hic vre hic seca. Exemplū de illo q̄ p. xxx. annis q̄b⁹ fuerat in peccatis rogauerat deū vt totidē annis in vita pñti puniret. Postq̄ xxxviij. annis infirmatus fuerat gustissime. duos annos q̄ remanserant acceptauit in purgatorio pficere. In quo cū vix vna hora fuisset credebat plus q̄ mille annos compleuisse. Cūq̄ cularet ⁊ angelū mēdacem clamaret q̄ cū p duobus annis nisi duob⁹ diebus in purgatorio purgari ꝓmiserat. certificatus p angelū petit reduci ad corpus elegit potius vsq̄ in diē iudij sicut ante infirmari q̄ ibi residuū duoꝝ dieꝝ cōplere. Aliud exēpluz ca. vj. R. ⁊ ca. iij. ¶ Sequit de satisfactione ꝓmissio. cū dicit. Et oīa reddam tibi. Reddā inq̄ oīa corde p ꝓtritionē. Esa. xxxviij. Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudīe aīe mee. Vre p ꝓfessionē. Esa. xliij. Perdā babylōis nomen ⁊ reliquias ⁊ germē ⁊ pgenie vt scz de oībus ꝓfitearis cōmissis ⁊ circūstantijs. q⁹ si. x. milia peccatoꝝ cōfitereris mortaliū ⁊ vnū reticeres. cōfessio nihil valet. Vñ Josue. x. ōz. Percussit oēm terram. ⁊ sequit. Non dimisit in ea vllas reliq̄as. Ite ope p satisfactionē de oībus scz satisfaciendo. Vñ Hester xiij. ōz. Omnia loca in q̄bus antea letari ꝓsueuerat crinīū lacerattō e cōpleuit. Et maria magdalena cisdē mēbris in q̄bus peccauerat satisfecit. Adapta Luc. vij. Dimissa sunt ei peccata multa.

¶ Et pre dñi ad ꝓsolationē pctōris triplex misericordie sue bñficiū innuit. s. debiti relaxationē. cū dicit. Dimisi tibi. Luc. vij. Dimissa sunt ei peccata multa. Ite relaxationis integritatem cū dicit. Omne debitū. Sūma em̄ dei pietas venia nō diminuet. Aut nihil aut totū ꝓpiciando dabit. Job. vij. Totū hoīem sanū feci in sabbato. Ite relaxationis facilitatē. cū subdit. Quē rogasti me. Ps. Cū inuocarē exaudiuit me deus. Exemplū de latrone q̄ post̄ dixit. Memento mei ⁊c. audiuit. Hodie mecū ⁊c. Exemplū ca. iij. ¶ Justicia aūt ꝓtra nequā suū declarat. cū dicitur Iratus autē dñs. Juste em̄ sic ꝓdūat q̄ post tā magnū relaxatiōis bñficium ꝓserui sui. etiā in mīmo noluit misereri habuit aūt eius iusticia triplicē effectū. Dirit em̄ ei ꝓuicū. ibi sue nequā. Imꝓperat ei bñficiū oīe debitū dimisi tibi. Et mittit in suppliciū. ibi. Tradidit eū tortoribus. ⁊ iussit mitti in carcerē. Et certe hec iusticia incutit horroꝛē Et pensandū charissimi q̄ dñs habet carcerē. stabulū ⁊ palatiū. Carcer̄ infernus. palatiū paradisus. stabulū mūdus. in quo hō ponit⁹ ē. post̄ cōpatus est iumentis insipientibus ⁊ similis fact⁹ est illis. In carcere inferni sūt soli mali. in palatio soli boni. in stabulo boni ⁊ mali. Et ve illis q̄ diligūt fetoꝛē huius stabuli ⁊ nō curant pueniꝛe ad pulcritudinē palatij. Si tot pulcra ⁊ delectabilia ꝓspiciūt in stabulo. q̄d est istimandū de palacio. Vere oculus nō vidit nec auris audiuit nec in cor hoīs ascēdit. Ad q̄ nos pduc. Exēplū. c. xvj. B.

De euangelio.

Sermo. CLXX.

Rēdde q̄ debes.

Math. xviij. ¶ Quadru

plexinuenit debitū quo obligam̄. vicz debitū pene quo obligamur rōne peccati. Item debitū ministerij quo obligamur rōe recepti. Itē debitū dei quo obligamur rōne exhibiti. Item debitū primi quo obligamur rōe p̄cepti. ¶ De primo scz debito pene rōne peccati ora mus quotidie cū dicimus. Dimitte nobis debita nostra. id est penam debitam pro peccatis. Et sicut nullus est sine peccato ita nemo est sine hoc debito nō est homo qui nō peccet. sicut dicitur iij. Reg. viij. Unde. j. Joh. j. Si dixerimus qz pctm̄ nō habemus ipsi nos seducimus. Ñ quia nō uniformiter peccamus dissimiliter etiam obligam̄. Sicut in Deut. v. dr̄. Pro mensura peccati erit z plagaz modus. Et Apc. xviij. Quātū se glorificauit z in deliciis fuit tantū date ei de tormento z luctu. Solui aūt hoc debitū scz pene in loco triplici. vicz in mūdo. in purgatorio. z in inferno. Hic triplex locus pene designatus fuit. ij. Reg. vi. qñ dauid post peccatū superbie qō cōmisit in populi enūeratione p nathan ppham ex pte dñi dicti fuit. Trium tibi daf optio. Aut septē annis veniet tibi fames in regno tuo. aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos. aut tribus diebus erit pestilentia in pplo tuo. Sed dauid pie ac iuste cogitauit apō se. Si. famē elegero nō meū neq; diuitū erit supplicū qui satis habebūt. sed pauperū qui nō peccauerūt. Si victoriā hostiū elegero suppliciū erit exercitus nō meus q̄ circūualabor fortissimis castris. Eligā ergo plagam cōmunē regi z plebi. s. pestilentiā. id est mortalitatem. quia mors cōmunis est tā simplicibus q̄ principibus. Per dies tres pestilentie pñs pena designaf. p tres mēses aduersitatis pena purgatorij. p septem ānos famis pena inferni. ¶ Et bene p tres dies designaf pñs pena. tū rōne tpis qō ē momentanei. tū etiā rōne ponderis qō ē paruū. z hoc respectu pene purgatorij In p̄senti eñ potest homo luere petū. nō dico tantū tribus diebꝫ vel vno die sed etiam vna hora. sicut patet in latrone qui audiuit. Hodie mecū eris in paradiso. Exemplū cap. iij. ℔. Quacūq; eñ hora peccator ingemuerit oīm peccatoꝝ suoꝝ nō recordabit. Ezech. xviij. Pro quo peccato forte homo stabit p spacio vnius anni in purgatorio. Ñ Ezech. iiij. filij hoīs diem p anno dedi tibi. Unde cauendū est peccatoribus ne cōtingat eis sicut filijs israel. qui qz cōtra dei beneficiū murmurauerūt. p desertū grauissime qō q̄draginta diebus transire poterāt quadraginta annis in eo laborauerūt. Unde ℔ Ñeri. xiiij. Annus p die imputabit. z quadragīta annis recipietis iniquitates vestras z scietis vltionem meā. Unde leuius multo est pctā hic purgare q̄ ad futurū purgatoriū reseruare. Exemplū cap. iij. A

E ¶ Sed p quid purgant in p̄senti peccata. vicz p cordis ꝓtritionem Esa. iiij. Si abluerit deus sordes filiaꝝ syon in spū iudicij. Et Jaco. iij. Purificate corda vestra. querite risus vester in fletum. ¶ Secundo purificant p ꝓfessionem. pñs. Confessio z pulcritudo in cōspectu eius. Nota q̄ statim post̄ dixit confessio. statim subiunxit pulcritudo. qz post cōfessionē nihil aliud sequit q̄ ꝓscientie pulcritudo. In cōfessione aūt sunt sex hydrie posite p̄m purificationē iudeoꝝ. id est. ꝓfitentiū. id est sex que exigunt in cōfessione salutari. Debet eñ confessio esse humilis. vera. nuda. integra. ꝓpria. z frequens. De q̄bus si vis loqui require in p̄mōe de leprōso. Cui dictum fuit. Vade ostende te sacerdotibus. In his hydriis purificant veri iudei. id est vere confitentes. ¶ Tercio p misericordiam z compassionē tanq̄ p satisfactiōem. Unde ℔ Prouerbioꝝ. xv. Per misericordiā z fidem purgantur peccata. Thob. xij. Elemosyna purgat peccata. Luce. xj. Date elemosynam et ecce omnia mūda sunt vobis ¶ Quarto purgat peccata feruens dei dilectio j. Thi. j. Finis p̄cepti charitas de corde

puro. Et Lu. vij. Dimissa sūt ei pēa mlta qm dilexit multū. Per hec ergo in p̄senti peccata purgant. id est debitū pene peccatoꝝ dimittit. ℣ Sed ecce qui in p̄senti mundo per p̄dicta nō satisfaciūt. ipsis futurū purgatoꝝ multo fortius reseruatur. quod per tres menses superius designatur. Mensis dicit a mene quod est defectus. quia illa pena ꝛ si grauis est tamen deficiet. Puniunt autē ibi sicut dicit aug⁹. qui tarde ad conuersionē venerūt p venialibus peccatis. ꝛ p hoc quod hic minus pro peccatis satisfecerūt. ibi supplent. Excedit aūt p̄sentem penā dupliciter scz intensiue ꝛ extensiue. Intensiue q̄tuz ad acerbitatem. Excedit em̄ sicut dicit augustinus oēm penaz p̄sentem quā vnq̄ passus est aliquis in hac vita. nunq̄ in carne inuenta est tanta pena. licet martyres mirabilia passi sunt tormēta. Exemplū capō. xij. F. Item excedit extensiue q; qō hic vno die posset delere. pūlo fortitan. xx. annis sustinebit. sicut superius dictū est. Exemplū capō. xij. D. Que ꝛpis extensio bñ in p̄missis verbis innuit. quia p̄ns p pena tres dies. purgatoria vero p tres menses designatur.

E ℣ Inferni aūt p septē ānos famis innuit. Et hec penā purgatorij extensiue ꝛ intensiue excedit in infinitū. quod bene in p̄missis verbis exprimit. In fame em̄ defectus oīs boni exprimit. De quo Brego. Habēt reprobi in inferno mortē sine morte. defectū sine defectu. finem sine fine. quia mors est ibi imortalis. defectus indeficiēs. finis infinitus. In septēario nūero p quē vniuersitas designat. vniuerse pene q̄ vnq̄ esse possunt ibi esse innuūtur. Vñ Job. Pluet sup eos bellū Et sicut gutte pluie innūerabiles sunt sic pene eoꝝ. Exemplū capō. j. A. Per annū vero eternitas penaꝝ innuit. quia annus dicit ab an quod est circa. quia circularis est ꝛ sine interruptione reuoluit. Unde in antiquis picturis in signū huj⁹ in specie serpētis tenētis caudam in ore pingebat. Augustinus in libro de ciuitate dei. Nunq̄ erit homini peius in morte q̄ vbi erit mors sine morte. Bern̄. O mors q̄ dulcis esses q̄bus tā amara fuisti si te desideratam obtinerent. Ergo o homo leuius est tibi in hoc mōdo reddere quod debes p peccatis. F ℣ Secundo debes reddere debitū ministerij ratione p̄cepti. Recepisti em̄ bona tpalia ꝛ naturalia. ꝛ spiritualia. ꝛ hoc est qō imperat nobis in parabola de seruis. Matb. xxv. quibus tradidit bona sua. ꝛ vni dedit quinq̄ talenta. alij aūt duo alij vero vnū. Per quinq̄ talenta intelliguntur bona tpalia que quilibet sensib⁹ versant scz visu. gustu. auditu. odoratu ꝛ tactu. Per duo talenta. scz corpus et anima ꝛ ea que ipsis insunt bona naturalia. Tres vires sūt anime naturales. scz rōnalis. irascibilis. ꝛ cōcupiscibilis. Bona naturalia corpis sunt eloquentia. fortitudo. pulcritudo ꝛc. Per vnū talentū tantū spiritualia designantur. sicut sunt virtutes quibus bonus esse incipit homo. Item dona p que in bono pficit. Item beatitudines q̄bus in bono homo pficitur. Et licet bōa spūalia multa esse videntur. vnū talentū dicunt. quia ppter em̄ sola anima fundantur. De his donis receptis scz tpalibus naturalibus ꝛ spūalib⁹. si placz loqui habes in p̄cedenti sermone. Et de his omnibus obligamur deo ad ministeriū siue obsequiū. Unde cuilibet qui recipit dicit. Redde quod debes. B ℣ Item tercio debes reddere deo debitū vicissitudinis ratione exhibiti. Exhibuit em̄ homini honorē. ꝛ hoc in creatione. q̄n ipsum cuz deliberatione creauit. De alijs em̄ creaturis dixit ꝛ facte sunt. De hoīe vero. faciamus. Item ipsum ad imaginem suā ꝛ similitudinē fecit. Item ipsum alijs creaturis p̄posuit. Omnia subiecit sub pedibus eius. Oues ꝛ boues vniuer. insup ꝛ peco. cam. volu. celi ꝛ pisces maris. Ad hec redde quod debes. scz vicissitudinem exhibiti. viz honorem honori. Malach. j. Si ergo

pater vester p creationē. vbi est honor meus. Item exhibuit nobis amorē in redemptione. Maiorem cñ charitatē ac dilectionem nemo habet q̄ vt aiam suam ponat quis p amicis suis. Joh. xv. Non cñ corruptibilib⁹ auro t argento nos redemit sed p̄cio sanguine. Sicut dicit. j. Pet. j. Et licz tanti amoris viasssitudinē nū q̄ sibi exhibere possumus. cñ quantū possumus ip̄m amare debemus. Vñ. j. Cor. vlt. dicit apls Si quis nō amat dñm iesuz sit anathema. Item exhibebit se iudicē terribilē t hoc in discꝛpatione. Terribilis cñ iudex qui sapientia nō vincit muneribus nō inclinat. potentia nō supatur. Deut. x. dicit. Dñs deus vester ipse est deus deox t dñs dñantiū. ds magnus t potens t terribilis qui pſonam non accipit t mūera. facit iudicū t iusticiā Et ideo debemus ei timorē. Quis cñ nō timebit te o rex gentiū Hiere. ¶ Item quarto debemus reddere debitū p̄mo quo obligamur rōne p̄cepti scz misericordiā. Unde Luc. vj. p̄cipitur. Estote misericordes. Sunt autē sex opa misericordie in euangelio. t septimū in Thobi. que tenemur p̄mo impendere que in hoc versiculo continentur. Uisito poto cibo redimo tego colligo cōdo. De quibus Mat. xxv. j. oñibus q̄tum ad p̄mū dicitur. Rede quod debes.

¶ Dñica. xxiij. de epistola.

Sermo. CLXXI.

OBseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formā nostram. Multi cñ ambulant quos sepe dicebam vobis. nunc aūt flens dico inimicos crucis xp̄i tc. Phil. iij. ¶ Quia peregrini sum⁹ sicut oēs patres nostri. ideo a sanctis ꝑsens vita aliquādo via. aliquādo cursus. aliquādo ambulatio dicit. sicut in hac epla. Et quia nec vno modo curritur t ambulatur. in hac vita. quia alij sic. alius autē sic ibat. ideo apls in hac epla duplicem ambulationē. vicz bonox t malox insinuando tria facit. ¶ Primo cñ monet in ambulando ad bonox imitationē. cum dicit. Obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formā nostram. ¶ Secundo subdit vtriusq̄ ambulationis scz bonox t malox specificationem. Malox quia est circa mundana. cum dicit. Multi em̄ ambulant quos sepe dicebam vobis. nunc autē flens dico. inimicos crucis christi quox deus venter est. t gla in ꝓfusiōe his qui terrena sapiunt. Bonox quia est circa celestia cum dicit. Nostra aūt conuersatio in celis est. ¶ Tercio ostendit vtriusq̄ ambulationis finē. Et malox quidem miserabilem cū dicit. Quorū finis interitus. Bonox vero felicez cū dicit. Saluatorē expectamus dñm nostrum iesuz x̄p̄m. qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpi claritatis sue. K ¶ Primo g̃ ad bonox imitationē inuitando dicit. Obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formā nostram. Bonos autē qui iuxta formā apostoli ambulant inuenimus ambulare tripliciter. vicz sancte. honeste. t caute. Sancte q̄tuz ad deum. Et hanc formam docuit apls Eph. v. cum dixit. Ut filij lucis ambulate. glosa. id est vt filij dei. in quo tenebre nō sunt vlle. Pro quo dicit Joh. viij. Ego sum lux mūdi. Nū t lucidos t puros vult hē ministros. Unde Leuit. Sancti estote qm̄ ego sanctus suz. Item honeste q̄tum ad p̄mū. Et hanc formā docuit apls Rom. xij. Ut in die honeste ambulemus vt vicz in incessu. statu. habitu. t in oñibus motibus vr̄is nihil fiat qđ cuiusq̄ offendat aspectum ¶ Item caute q̄tum ad aduersariū. Et hanc formā docuit Eph. v. dicens. Videte quō caute ambuletis. Maligni es spūs sicut dicit grego. quasi quidam latrunculi iter nostrum obsident. Unde p̄s In via hac qua ambulabam absconderūt laqueum mihi. Et. j. Pet. v.

Aduersarius vester dyabolus tanq̃ leo rugiens circũit querẽs quem deuoret. ℙropter qđ apl's docuit caute ambulandũ. ¶ Et vt ſambuldão nõ vacillemus.ſecũdo ſubdit ambulationis ſpecificationẽ. Et primũ q̃dem malorũ vt vitet.cum dicit. Multi em̃ ambulant quos ſepe dicebam vobis nũc aũt flens dico inimicos crucis xp̃i. Tales em̃ in ambulãdo nõ hñt formã ſanctorũ vel hoim̃ ſed beſtiaꝝ. De quibus.ps Homo cũ in honore eſſet cõparatus eſt iumentis inſipientibus.ꝛ ſilis factus eſt illis. Hñt em̃ formã lupi.q̃tum ad gulositatẽ. ℙropter qđ dicit. Quoꝝ deus venter eſt. Nam ſicut dicit Hiero. Unicuiq̃ qđ magis colit ac diligit hoc et deus eſt. Talis habet coquinã ꝑ tẽplo.frequentius em̃ ꝛ libentius coquinã q̃ eccliam ĩtrat.menſam latã ꝑ altari.plus em̃ querit talem menſam ꝛ reuerẽt q̃ altare. Item habet coquũ ꝑ ſacerdote.quotidie eĩ aperit et infirmitates corpales.indicando ꝓparationẽ eiboꝝ corpalium.ſ raro aperit infirmitates ſp̃ales.ꝛ vtinã ſemel in ãno ſacerdoti. Item habet ꝓthure redolentiã diuerſoꝝ ferculoꝝ ꝛ ſapoꝝ. ℙropter hoc dicit apl's Ro. viij. Qui in carne ſunt id eſt in carnalibus deſideriis deo placere nõ poſſunt quia ꝑ talia a deo recedunt. Unde Oſee. iij. Adimpleti ſunt ꝛ ſaturati ſunt.ꝛ leuauerũt cor ſuum.ꝛ obliti ſunt mei. Et Deut. xxxij. Incraſſatus impinguatus dilatatus dereliq̃t deũ factorẽ ſuũ ꝛ receſſit a deo ſalutari ſuo. Et ſic ꝓtempto deo venter ſibi deus exiſtit. Et ꝓpter hoc apl's dicit de gulosis. Quoꝝ deus venter ẽ. ¶ Itẽ habent formã leonis q̃tum ad ſuperbiam ꝛ gloriã ꝑ quo dicit apl's hic. Et gloria eoꝝ in confuſione. Gloria enĩ ſuperboꝝ eſt inferiorem deſpicere ꝛ conculcare. Quod ꝓprium eſt leonis in ceteris animalibus. ℙropter hoc dicit Eccl. iij. Noli eſſe ſicut leo in domo tua. Talem gloriam ſequitur confuſio ℙropter hoc dicit apl's. Et gloria eoꝝ in ꝯfuſione. Et ſicut dr̃ Eſa. xviij. ℙedibus cõculcabit̃ corona ſuperbie ebriosis efraim.ꝛ erit flos glõe exaltationis eius decidens. ¶ Item hñt formã talpe q̃tum ad terrenoꝝ cupiditatem. Talpa em̃ ſemp terram fodit.nec aliter viuere poteſt niſi in terra.ſic cupidi ꝛ auari totaliter ſepulti ſũt in terra.ꝛ nihil eis aliud ſapit q̃ terrena. ℙro quo hic dicẽ apl's. Qui terrena ſapiunt. Hi ſunt q̃ ſicut dicitur Luc. xvij. quinq̃ iuga boũ id eſt quinq̃ ſenſus qui dicunt̃ iuga rõne cõbinationis inſtrumentoꝝ. ꝓbant terram reuerſando ſicut talpa. Talem ergo ambulationẽ que currit per deliciας diuitias ꝛ honores.oñdit apoſtolus eſſe execrabilẽ.quia inimicũ crucis chriſti facit. Exemplũ capl'. vj. R. Sed ecce apoſtolus oſtendit q̃ heu nõ pauci ſed multi in his tribus ambulant.cũ dicit. Multi em̃ ambulant quos ſepe dicebam vobis. ℙropter hoc dicit dñs Mathei. vij. Lata eſt porta ꝛ ſpaciosa via que ducit ad mortem ꝛ multi ambulant per eam. Exemplũ de cancellario pariſien̄. Aliud exemplũ cap̃. xvij. E. ¶ Bonoꝝ vero ambulationẽ oſtẽdit eſſe circa celeſtia.cum dicẽ. Noſtra aũt cõuerſatio in celis ẽ. Sancti em̃ in hac peregrinatione ſolo corpe conſtituti in illa celeſti patria cogitatione ꝛ auiditate conuerſant̃. Et hoc oſtendit ex trib' ex quibus maxime cognoſci ſolet alterius regionis homo.vicz ex habitu corporis ex loquela oris.ꝛ ex ꝺſiderio cordis. ¶ ℙrimo ergo oſtendũt ſe celeſtes ex habitu corporis.id ẽ ex candore carnis.talis eſt em̃ habitus celeſtis. Unde Apoc. iij. Ambulabunt mecum in albis. In celo em̃ nec̃ nubẽt nec̃ nubẽt ſed erunt oĩes ſicut angeli dei. Sicut dicit dñs Mathei. xxij. In tali habitu ſcz candore carnis conuerſatus eſt apoſtolus ꝛ ſui ſequaces. Unde. ij. Corinth̃ x. In carne ambulantes non ſm carnẽ militamus. In carne enim eſſe ꝛ ꝑter carnem viuere eſt conuerſationis angelice nõ hũane.ꝛ virtutis nõ nature.

Exemplū ca.xv. ℣. Item cognoscū tur celestes ex loquela oūs Celestis/ loquela sonat in gratiarūactione. Juxta illud ps̄. Misericordias dñi in eternū cātabo. Sic apl's ⁊ sui sequaces misericordiā sibi factā frequēter recolebāt et frequenter p illa tā sibi q̄ alijs impensa. gratias referebant. Ūñ Ro.j. Gratias ago deo meo p vobis. In loquela g̃ cognoscunt ciues celestis regionis. qñ recolētes dei bñficia exhibita et pmissa. de ipsis iugiter loquunt. Hz qui de terra est de terra loquit Galilee us em̄ est. nā et loquela sua manifestū ē facit. De qua lingua Eccl̄i. xxiij. Est et alia loquela ecōtrario in mortē. nō inueniat in hereditate iacob. Exēpluz ca.viij. ℟. Item cognoscunt celestes ex desiderio cordis. Totū em̄ eoz desiderū est illuc puenire. Ūñ ps̄. Concupiscit ⁊ deficit anima mea in atria domini. In signum huius et apl's dicebat Philip. iij. Cupio dissolui et esse cū christo Exemplū ca.xij. ℟. Nec miz. Ibi em̄ deus pater a quo diu pegrinati sumus est nos expectās. De quo Matt. vj. Pater noster qui es in celis. Item dilecta mater. i. tota tri ūphās ecclesia videre desiderans. De qua Bal. iij. Illa hierusalē que sursum est. q̄ ē mat nostra. Nunq̄ in p̄senti vita aliq̄ mat filiū suū sic cū gaudio recepit sicut ipa nos. Unde Esa. ix. In letitia egredie/mini ⁊ in pace deducemini. nā ⁊ montes. i. angeli ⁊ colles. i. alij sancti cantabunt coram vobis laudem Et Hieronymus dicit q̄ qualis erit tibi tūc illa dies cū tibi mater iesu occurrerit. choris comitata v̄ginets. tūc tecla tuos ruet in amplex⁹. tūc et ipse spōsus occurret dicens. Veni electa mea. tūc et ipsa sponsa subuolabit in eius amplex⁹ dicens. Inueni quē diligit aīa mea. Desiderāt etiā sancti illuc puenire ppt̄ regnū ad quod inuitant Mat. xxv. Venite bñdicti percipite regnū. Certe si alt quis paup in hoc mūdo inuitaret ad regnū. nihil aliud desideraret q̄ illuc p uenire. sic et sancti ad regnuz celeste inuitati. nil aliud desiderāt. Ps̄. Heu mihi quia incolatus meus ꝓlongatus ē. Sic ergo specificādo bonoz ambulatiōnē. quia est circa celestia dicit. Nr̄a cōuersatio in celis est. ℣ ℟. Tercio subdit vtriusq̄ ambulatōis finē. ⁊ maloz quidē miserabilē. cū dicit. Quoz̄ finis interitus. Nam vere diuitias delicias ⁊ honores in quibus mali ambulant. sicut supra ostendit apl's. nō sequitur nisi ꝑpetuus interitus. Sicut patet in diuite purpurato Lu. xvj. Nā abūdauit diuitijs. Ūñ dicit. Homo q̄ dam erat diues. Item abundauit in delicijs. quia epulabat quotidie splēdide. Item abundauit in honoribus. qz in duebat purpura ⁊ byssō. cuius ꝑpetuꝰ sequit interitus qz sepultus in inferno Bonoz vo finē quoz cōuersatio ē circa celestia. ostendit felicē. cū dicit. Saluatorē expectam⁹ qui reformabit corpus humilitatis nostre cōfiguratū corpori claritatis sue. ℣ ℟. Primo g̃ corpus nostrū reformabit. post reformatū cōfigurabit. ℣ ℟. Reformabit aūt in resurrectione. et hoc tripl'r. Sicut dicit Augustinus. Primo cosdē cineres vbicūq̄ fuerint adunando. Secūdo indecētia ⁊ mōstruosa si qua fuerint resecando. Tercio in etatem christi siue seniores fuerint siue iuniores reducendo. Et sic reformatū cōfigurabit in glorificatione corpi claritatis sue. Quā claritatē suā christꝰ p̄signauit in sua trās figuratōne. qñ resplenduit facies eius sicut sol. ⁊ candē fidelibus suis p̄misit Math. xiij. dicens Fulgebūt iusti sicut sol. In radio aūt solis q̄tuor inueniuntur. scz impassibilitas claritas. velocitas ⁊ subtilitas. que q̄tuor glorificatorū corpibus cōferunt. Tanta em̄ erit in vnoquoq̄ impassibilitas et sanitas q̄ corruptione nulla infirmabitur. Tā ta pulcritudo q̄ nulla vetustate sicut in p̄senti fit deformabit. Tanta agilitas q̄ vbicunq̄ voluerit homo esse statim erit. Item tanta subtilitas q̄ etiaz mu

rus ferreus transiens corpori prohibere non poterit. Ad quam cōfiguratiōnem ꝓducat nos ipse iesus christ⁹ ꝛc̄.

De euangelio.

Sermo.CLXXII.

Magister scim⁹ qꝝ verax es ꝛ viā ī vitate doces ꝛ non est tibi cura de aliquo. Math.xxij. Isti pharisei licz p̄ter intentionē tñ ꝑm veritatez in p̄missis verbis ꝓmendant christū ꝓncipaliter in duobus.videlicet in eminēti scientia et excellēti doctrina. Eminentē sciētiā in ipso ostēdūt.cū dicūt Magister. Hoc ei nomē magister solet hominibus attribui rōne alicui⁹ eminentis scie. Sic merito christo hic ꝛ vbiq; attribuitur. Est em̄ nō solū in vna sed in oī scia eminens. Ūñ Eccī.j. Omnis sapia a dño deo ē. ꝓpē hoc ioh.xvj dixerūt sibi apli Nūc scim⁹ qꝝ scis oīa Ūñ nullus mgr̄ pōt docere de oīb⁹ nisi ipse. Quia sicut ꝺr Hebre.iiij. Oīa nuda ꝛ apta sūt oculis ei⁹. Itē est eminens in eloquētia. Ūñ ioh.vij. dixerūt auditores ipsius. Nunq̄ sic locutus ē hō sicut hic hō loquit̄. Itē est eminēs in eruditione.ipse em̄ solus pōt docere interius ꝛ nullus alter. ꝓpo tāto docebat Math.xxiij. Unus est em̄ magister vester qui in celis est. Glo. Quia solus dat intellectū. Ūñ dicit ꝑ ꝓphetā Intellectū tibi dabo et instruā te ꝓpter hanc ḡ triplicē eminentiā Jo.xiij dicebat. Vos vocatis me mgr̄ ꝛ dñe ꝛ bene dicitis.sum etem̄. Hic autē magister duas habet scolas. Supiorē .s.triumphantē ecclesiā.inferiorē scz ecclesiaz militantē. In supiori scola habet mgr̄os ꝛ pfectos in scia baccalarios. scz angelos ꝛ sanctos q̄ ad b̄ puenerūt ꝙ in summo oīm librox scz trinitatis libro legunt quē sicē dicit Aug⁹. semel vidisse est oīa ꝛgnouisse. ꝓpo quo docebat philippus Joh.xiij. ꝓñe ostende nobis patrē ꝛ sufficit nobis. Nullus em̄ alter liber est vltra inspiciēdus. In inferiori scz in p̄senti ecclesia habet minus pfectos in scia discipulos q̄ adhuc remanent instruendi. ℟ Et respectu hox triplic in p̄missis vbis ostendit excellens sua doctrina.vicz qꝝ vera.ꝑ quo dicūt Scimus qꝝ verax es. Itē qꝝ pficua.ꝑ quo dicūt. Et viā dei in veritate doces. Itē qꝝ equa.ꝑ quo dicunt. Et non est tibi cura de aliquo. Verax ergo vel vera fuit christi doctrina tripliciter.vicz qꝝ nō fuit tanq̄ alioꝝ doctoꝝ.s.ꝑm opinionē.qꝝ oīa nuda ꝛ apta erāt sibi.sicut ꝺr Hebre.iiij. Et ioh. xvj.dixerunt sibi discipuli Scimus qꝝ scis oīa. Nec miꝝ.qꝝ oēs thesauri sapientie ꝛ scie in ipso erāt absc̄diti.sicut dicit apls Col.ij. ℟ Itē verax fuit doctrina christi.qꝝ sine fictione.nō em̄ aliud dicebat ꝛ aliud intēdebat vel agebat.imo ex vita sua accipiebat qđ alios docebat. Ūñ Act.j.ꝺr. Cepit iesus facere ꝛ docere. ℟ Itē vera fuit christi doctrina qꝝ sine deceptione.ꝑ quo ꝺr.j Pet.ij. Nec est inuentus dolus in ore eius. Et ps. Fidelis dñs in oīb⁹ verbis suis. Nullū em̄ verbum dixit decepto⁹ū. Et ꝓpter hāc triplicē doctrine veritatē docendo sine opinione.sine fictiōe.ꝛ sine deceptōe ꝺr verax. Et Jo. ꝺr. Ego sū veritas. ℟ Deōo ostē dit̄ ipsius doctrina excellēs qꝝ ꝑficua. cū dicunt. Et viam dei in veritate doces. Est aūt quadruplex via dei quā docuit. ℟ Prima est pnīa.de q̄ Mat. iij. Vox clamātis in deserto.parate viam dñi. Hanc docuit cū dixit Matth. iiij. Pemtentiā agite ap.em̄ re.cc. Et Mat.vij. Arta ē via q̄ ducit ad vitā.ꝛ iō docuit discipl̄os suos vt se ad intrā dū attenuarēt. Lu.xij. Attēdite negra uent̄ corda vestra crapula ꝛ ebrietate Itē vt a superfluis se exonerarēt. Mat. v. Et q̄ tibi vult tollere tunicā da ei et palliū.ꝛ hoc quia arta est via. Exemplū ca.xviij. ꝺ. ℟ Itē secunda via dei sunt dei mādata. De q̄ ps. Viā mādatox tuox ꝛcurri. Quā viā christ⁹ do-

cuit cū dixit. Mat. xix. Si vis ad vitā ingredi serua mandata. ¶ Tercia via dei ē pax t humilitas. De qua ps. Viam pacis non cognouerūt. Et baruch .iij. Si in via ōi ambulasses habitasses in pace sup terrā. Quā viā christus docuit Math. xj. Discite a me q; mi. sum t hu. cor. Mittis ēt uos ad pacē ¶ Quarta via dei q̄ est oīm supior est caritas. De qua. j. Cor. xiij. Adhuc excellentio rē viam vobis demōstro. Et post dicit Si linguis hoīm loquar t angelorū caritatē aūt nō habeā nihil sum. Istā viā nō solum discipulos suos docuit. sed etiā vt eā tenerēt ꝑcepit dicēs Jo. xv. Hoc est ꝑceptū meū vt diligatis inuicē sicut dilexi vos. Has aūt quatuor vias dei plerīq; sunt q̄ eas etiā docent sed nō sicut christus in veritate. Sunt em̄ aliqui qui docent eas ex cupiditate sicut q̄stuarij ꝑcatores. q̄ adulterantes verbū dei nō querūt spūalē fructū sed tpale lucrū. De quibus Mich. iij. Predicant pacē. et si quis nō dederit in ore ipsoꝝ q̄ppiā sanctificant sup eū belluz. Itē sunt alij q̄ ꝑdictas vias docent in vanitate. quia ꝑpter vanaz gloriam. Mat. v. dicit dñs. Amē dico vobis quia receperunt mercedē suaz. Lo quit em̄ dñs de cōsimilibus q̄ fuā iusticiam faciebant cora hoīb⁹ vt honorarent ab hominibus. Sed christ⁹ viam dei docuit in veritate. ¶ Tercio ostēdit doctrina eius excellēs. q; equa cū ōi. Et nō est tibi cura de aliquo. Et notandū q̄ in duobus nō est christ⁹ p sonaz acceptor. sed equ⁹ vicz in iustificādo Vñ Act. x. cū murmurarēt iudei ꝙ petrū ꝑpter gētiles dixit petrus. In vitate operi q; nō est psonaz acceptio apud deū. Quicūq; em̄ sine lege peccauerūt sine lege ptibūt. Scōo equus est in remunerādo. Vñ Ephe. vj. apls loquens dñis t seruis dicit. Unusquisq; q̄cunq; fecerit bonū hoc ꝓpiet a dño siue seruus siue liber. Et subdit. Personarū acceptio nō est apd deū. Et nos fratres q̄ adhuc in ferioꝝ scola sum⁹ rogemus ipm̄ vt sic doctrina sua nos ꝓficere faciat vt ad supiorem scolaz ꝙ uenire valeamus Amen.

¶ Dñica vicesima quarta de epla. Sermo. CLXXIII.

Gratias agentes deo patri q̄ dignos nos fecit in ptem sortis scoꝝ in lumine q̄ eripuit nos de potestate tenebrarū t trāstulit in regnū filij dilectionis sue. Col. j. ¶ Licet de oībus bñficijs deo gratias agere debeam⁹. tripler tñ bñficiū in ꝓmissis verbis tangit apls. de quo matīe vult t monet vt sibi gratias referamus. vicz q; nos ḋ ptāte diaboli liberauit. Et b̄ tangit cū dicē. Qui eripuit nos de ptāte tenebraꝝ. Iterz q; numero sanctorū nos aggregauit. Et hoc innuit cū dicit Qui dignos nos fecit in ptem sortis sanctorū. Item q; regnū eternū nobis ꝓtulit. ibi. Et trāstulit in regnū filij dilectionis sue. ¶ B ¶ Dicit aūt diabolus ptās tenebrarū ꝓpter tria. videlicet quia tenebras id. ē mundanos diligit. Itē tenebras .j. peccata consulit. Itē ad tenebras .i. ad infernū deducit. ¶ Diligit q̄ tenebras .i. mūdanos. t pest illis. quia sedet in insidijs cū diuitibus in occultis. quibus etiā mūdanis dicit dñs Lu. xvij. Hec ē hora vestra t ptās tenebraꝝ. Et q; talib⁹ dñat. ideo et alias a dño princeps mundi dicit. ¶ Itē ꝙsulit tenebras id. ē peccata q̄ ex tenebris cordis procedunt. t in tenebris fiunt. De quib⁹ tenebris dicē apls Ephe. v. Nolite cōicare operibus infructuosis tenebrarū. Explicā. j. ¶ Item ad tenebras etiā infernū deducit. De q̄bus Job. In tenebris strauit lectulū meū. ¶ De quaz omniū tenebrarum potestate christus per passionem suam non eripuit. ¶ Nam in cruce fortis impegit in fortem. et fortior superueniens fortem superauit et alligauit. Et omnia vasa eius diripuit. Et sic princeps mundi deiectus est

sortis ꝯtum ad ptātez. ¶ Itē tenebras peccatoꝝ nostroꝝ sanguine suo absterſit. In signū cuius lōginus q̄ cecus fuisse credit. sicut legit in hiſtoriis. postq̄ latus christi aperuit virtute sangis christi illuminatus fuit. Talib⁹ sez q̄ prius fuerunt peccatores ꝛ post iustificati loquit apls Ephe.v. Fuistis aliqñ tenebre nūc aūt lux in dño. ¶ Itē p passionez de tenebris inferni patres eripuit. Ysa.xlix. Dedi te in fedus ppli. Et p⁹ sequit. Ut diceres his q̄ vincti sunt. exite. ꝛ his q̄ in tenebris reuelamini. Et zach.ix. Tu aut̄ in sanguine testamenti eduxisti vinctos de lacu in quo non erat aqua. ¶ Scōm vo bñficium est q̄ nos sic redēptos sanctoꝝ nūero aggregauit. Aut inquit dignos nos fecit in ptem sortis sctōꝝ. Fecit aut̄ nos dignos sorti sctōꝝ triplr. viez nos ad sortē sanctoꝝ vocādo. nos in sorte sanctoꝝ iustificādo. et nos cū sorte sanctorū magnificādo. Juxta illud apli. Roma.viij. Quos aūt vocauit hos ꝛ iustificauit. quos aūt iustificauit illos ꝛ magnificauit. ¶ Primo eñ vt sanctis aggregemur ad sortē ipoꝝ vocamur. Vñ Ephe.j. In quo ꝛnos sorte vocati sumus. Sic Act̄.j. Cecidit sors sup matthiā ꝛ annumeratus est cū.xj. ¶ Itez sic vocati ī sortē sanctoꝝ iustificamur Sap̄.iij. Dabit illi fidei donū electū ꝛ sors in tēplo dei acceptissima. Per fidē em̄ iustificamur Ro.v. Justificati ex fide pacē habeamus ¶ Itē sic iustificati tādē cū sorte sanctoꝝ magnificabimur. Vñ sap̄.v. Et inter sctōs sors illoꝝ ē. Vere tūc.s. in iudicio coꝝā toto mūdo multū magnificamur qñ cū sanctis collocabimur a dextris Mat.xxv Statues oues a dextris. Qñ coraz toto mūdo cū sanctis de seruitijs ꝺmēdabimur. Matth.xxv. Esurui ꝛ dedistis mihi māducare. Itē qñ in reges ppetuos cū sanctis coronabimur. Dicet em̄ Venite bñdicti pris mei percipite regnū

¶ De cui⁹ regni collatione statim subinfert apls cū dicit Et transtulit in regnū filij dilectōis sue. De quo bñficio tanto maiorez sibi gratias referre debemus. ꝙto regnū oīb⁹ aliis regnis est excellētius Ps. Regnū tuū regnuz oīm seculoꝝ. Nō em̄ aliud erit regnū ad qđ nos trāsferet mīsterio angelorū q̄ regnū filij dilectiōis sue. q̄ idē est in essentia cū ipso. De quo regno si placz loqui require in sermone Primū q̄rite regnū dei. Cui⁹ regni felicitatē cōsiderans beatus Aug. in libro. sol. excla mat dicēs. O q̄ glorioſū ē regnum in quo tecū dñe regnāt oēs sancti. amicti lumīe sic vestimēto. in capite suo habētes coronā de lapide p̄cioso. O regnū bñitudinis eterne vbi tu dñe spes sctōꝝ facie ad faciem videris a sanctis. letificans eos vndiq̄ in pace tua. vbi gaudium infinitū. letitia sine tristicia. sal⁹ sine dolore. lux sine tenebris. vita sine morte. oē bonū sine oī malo. vbi iuuētus nunq̄ senescit. vbi decor nunq̄ pallescit. vbi amor nunq̄ tepescit vbi sanitas nunq̄ marcescit. vbi gaudiū nunq̄ decrescit. vbi dolor nunq̄ sentit. vbi gemitus nunq̄ audit. vbi tristis null⁹ videt. vbi letitia sp habeat. qđ ē facie dñi vtutum semp videre. Ad nobis p̄stare dignet deus. Exemplū ca.r.B.

¶ De euangelio.

Sermo. CLXXIIII.

Ecce mulier q̄ sanguinis fluxuz patiebat. ry. ānis accessit retro ꝛ tetigit fimbriam vestimenti eius. Dicebat em̄ intra sez̄. Mat.ix. ¶ Hec mulier q̄ sanguinis fluxū patiebat ōsignat animā fluxu sanguinis p luxuriā viciataz Vñ ꝙtuz ad hoc duo principaliter in p̄missis verbis tangunt. viez infirmitatis morbus. cū dicit. Et ecce mulier q̄ sanguinis fluxū patiebat. Et curatōis modus. cum addit. Accessit retro et tetigit fimbriā vestimenti eius. In hoc aūt q̄ hec mulier ab infirmitate morbi a medicis curari nō potuit nisi p solū saluatorē. ꝛnuit q̄ p̄cūm luxurie nō

potest restringi nisi p solū deus. Sap. viij. Aliter non possum esse continens nisi deus det. Et Augustinus. Continentiā iubes da qđ iubes. ¶ Quatuor aūt circa primū inuuunt que hominē luxuriosum impediūt ne infirmitatis sue morbus etiaz ab ipso deo curet. ¶ Primū est peccati euidentia. ꝛ hoc innuit cū dicit Et ecce mulier. quia qñ ꝯsiderat peccata sua ad noticiam aliorū puenisse. desperat pre cōfusione Unde cayn q occulte fratrem suū occiderat. postq̄ oñs improperādo sibi dixit. vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. desperauit dicēs. Maior enī. viij Maior est iniquitas mea q̄ vt veniā merear. Et Hiere. ij. Confusi sunt. Et subdit causa. Quō confundit fur qñ cōprehendit. sic confuse sunt domꝰ israel. ¶ Secundus est peccati turpitudo. q̄ notat cū dr. Sanguinis fluxum. q̄ est valde turpis et fœda infirmitas. Et certe sic est luxuria. propter turpitudinē eiꝰ illius peccati maxime erubescunt hoīes confiteri. Unde desperati inconfessi frequenter moriunt. Ephe. v. Desperātes semetipsos tradiderūt impudicicie. ideo desperauerūt. ¶ Ter ciū est peccatoꝝ multitudo que innuit in fluxu. Non enī patiebat sanguinis stillicidiū sed fluxū. Sed certe multitudo petōꝝ vt frequēter facit hominem despare. Prouer. xviij. Impius cū in pfundū peccatorum venerit cōtemnit. ¶ Quartū est diuturnitas in peccato que notat cum dicit. q̄ patiebat. xij. annis. Frequēter enī hoīes q̄ pseuerāt in peccato circa mortē ꝯstituti desperant Ün. j. Joh. v. Est peccatū ad mortem id est vsq̄ ad mortē. nō dico vt roget. p eo quis. ¶ Et certe saluator noster tā q̄ pius medicus vt tollat ab infirmo curationis desperationē oīa p̄dicta genera infirmitatū curauit. ¶ Si q̄ desperas ppter peccati euidentiā ꝯsidera petrum q̄ publice ꝛ frequēter negauit. Cōsidera matthēum q̄ etiā ppter h dicit publicanus. qz publicis actibus ꝛ illicitis deseruiebat. ꝛ tñ vtrūq̄ salubriter et laudabiliter sanauit. ita q̄ ꝛ ipsi postq̄ ab ipo edocti multos sanauerūt. ¶ Itē si desperas ppter peccati turpitudinē. cōsidera mulierē in adulterio deprehensaz et tñ dictū est ei a dño Joh. viij. Nec tam amplius noli peccare. ¶ Itē si desperas ppter peccatoꝝ multitudinem ꝯsidera magdalenā. cui ab ipso dimissa sunt peccata multa. Lu. vij. ¶ Itē si desperas ppter peccati diuturnitatē cōsidera latronē q̄ vsq̄ ad singultū mortis sue in peccato pseuerauit. ꝛ tñ dictū est ei a dño. Hodie mecuz eris in paradiso. ¶ Sed curatōnis modus subdit. cū dicit. Accessit retro ꝛ tetigit fimbriā vestimenti eius. Dicebat enī intra se. Talis ergo infirmus q̄ ab alijs medicis curari nō pōt. si vult curari a domino. dicat intra se p cordis dolorē. accedat retro p confessionis pudorē. tāgat fimbriā p operis satisfactionē. et sanabitur mulier. i. anima peccatrix ex illa hora. Si enī petōr ad dñm p cordis cōtritionē. oris cōfessionē. ꝛ operis satisfactionē accesserit. ex illa hora sanabit. ¶ Intra se ergo de peccatis cogitādo. eadem detestādo. ꝛ de ipsis dolēdo. dicat illud qđ dixit ezechias Esaie. xxxviij. Recogitabo tibi oēs annos meos in amaritudine aīe mee. Et ex illa hora sanabit Ezech. xviij. dr. Quacunq̄ hora petōr ingemuerit oīm peccatoꝝ eius nō recordabit. ¶ Itē accedat retro p confessionis pudorē. pō. Cōuertant. retrorsum ꝛ erubescant. Magnā enī erubescentiā sustinet hō turpitudinem suoꝝ petōꝝ alteri reuelādo. Et ideo sicut dicit Aug⁹. Illa erubescētia ē magna ps satisfactiōis. ꝛ forte multis totalis ps. Cōfitebor ꝛ tu remisisti. Sic maria magdalena ex verecūdia suoꝝ peccatoꝝ stans retro ad pedes sūmi sacerdotis. corde ꝯfitebat. sciens q̄ oīa sibi nuda erāt ꝛ apta. Ün non erat opus sibi lingua cōfiteri. ipse enī sciebat quid esset in hoīe. Et certe clemēs sacerdos ibidē eā de oībus absoluit dicēs. Re

q; p̄dicta a mane iuuētutis suc inchoa uit. scies q; bonū est viro cum portaue rit iugū ab adolescentia sua. ¶ Fuit etiā in medio nebule. i. ī medio natōis pra uē ⁊ puerse. qđ fuit cōmēdabile q; vn; iuuēculus in medio secularū ⁊ hereti cor; q tūc ibi maxīe abūdabāt q̄si stel la fulgebat. Dicunt aūt hereticī nebu la ꝓpter obscuritatez q̄tum ad intelle ctū. Obscuratū est em̄ insipiēs cor; co rū dicētes se sapientes stulti facti sunt Itē hi sunt fontes sine aq̄ ⁊ nebule tur binibus exagitate. sicut dicit ¶ Petr;. ij. ¶ Pe. ij. Itez seculi sectatores dicunt ne bule ꝓpter tpaliū q̄b; immittunt facles velut nebule resolutionē. Ūñ Sap. ij. Trāsiet vita vestra q̄si vestigiū nubis ⁊ sicut nebule dissolueť. In medio hui; nebule fulsit btūs dñic; q̄si stella matu tina. vt ⁊ illoz obscuritatē illumīaret. ⁊ istoz instabilitatē in potioz; b; solida ret. ¶ Scdo ꝓpať lune q̄tū ad sta tū regularitez. Sicut em̄ claritas stelle differt a claritate lune. sic status secula riū a statu religioso;. Nota g̃ q; luna plena hz lucis pulcritudinē q̄tū ad vo tū castitatis. In forma rotunditatē q̄tū ad votū obedientie ⁊ hūilitatis. In situ eleuationē a terra quo ad votum volūtarie pauptatis. ¶ Quātū ad pri mū religio ō; pulcra vt luna. Licet em̄ apud aliquos castitas ſuemať in secl'o pfectioz tñ ꝓpē votū ſuemē in claustro Hec est em̄ generatio de qua Sap. uj ¶ q̄pulcra ē casta generatio. Pulcra ē em̄ pulcritudie coz; pali. ꝑ casta est cū claritate spūali. ¶ Item luna plena hz rotūditatē sine interruptiōe. ī quo obe dientie, pmptitudo designať. Coz; em̄ rotundū ⁊ ſm omnē ſui ptē mouet. in quo notať obedientie vniuersalitas mo dico in pulſu mouet. in quo notať faci litas. velociē currit. ī quo notať obedi entie velocitas. Istas tres obedientie circūstātias docuit btā vgo mīstros nu ptiaz ī chana galilee. cū dixit. Quēcūq vobis dixerit facite. In ℟ q; dic. qđcū q̄ notať obedientie vniuersalitas. In ℟ q; dicit. dixerit. nō ꝓcepit notať obediē tie facilitas. In ℟ q; dicit. facite. et ipſi statim fecisse leguntur. notať obedientie velocitas. ps̄. In auditu auris obediuit mihi. ¶ Itē luna hz in situ eleuationē sic ⁊ religiosus in alto dz situari p ter renoz; ſuppeditationē. ps̄. Ista ſubie cisti ſub pe. ⁊ē. Itē p terrenoz; detesta tionē. sic paul; phi. iij. ofa arbitrať est tanq̄ stercora. Itē p terrenoz; obliuio nē. ps̄. Obliuiscere ppl'm tuū ⁊ do. pa. t. ¶ Propē tria g̃ supdicta q̄ btūs dñicus tenuit in statu canonicoz; regularū lu ne plene ꝓparať. ¶ Et q; scriptū est ī Apo. q̄ sanct; ē sanctificeť adhuc Beat; dñic; de ℟ statu trāsiuit ad sta tū p̄dicatoz; quē instituit. ſm quē sta tū soli fulgenti ꝓpať. ⁊ ℟ ꝓpter tria. sol em̄ nō solū inferiora. ꝑ etiā supiora. i. stellas ⁊ lunā illuminat. Itē sol ē fons caloris ⁊ cā generatiōis. Sic ordo p dicatoz;. cui; caput beat; dñicus extitit nō solū inferiora. i. simplices. sed etiaz stellas. i. clericos et p̄latos. ⁊ lunā. i. re ligiosos illuminat. q̄tū ad intellectuz ⁊ caloꝛe verbi dei accēdit. q̄tū ad affe ctū. ⁊ generat q̄tū ad aiaz fructū. de q̄ generatione apostō. In christo iñť p euangeliū ego vos genui. Hūc ordinē plātando. multos q̄dem. sed mlto plu res genuit ipſm ordinē p orbem ꝓ fru ctu animaz dispgendo.

¶ De sancto Laurentio.

Sermo. CCLIIII.

O Jspsit dedit pau peribus iusticia eius manet in seculum seculi. ℣ In his ȳbis epistole ⁊ psalmiste duo ad ꝓmē dationē laurentij ponunt. vicz laudabi lis elemosine largitio. quā fecit ī statu vie. cū dicit. Dispsit dedit paupib;. Et eterna, ꝓpsa retributio quā assecut; est in statu pie cū dic. Justicia ei; manet in seculū seculi. Laudabilē aūt dico elemosinā, ꝓpter tria. s. q; discreta. de uota. ⁊ debita. Discreta. i. discrete fa

cta.qz dispsit.i.diuersis sparsit.nō cūm vni oſa dedit. Vñ in Lu.zache⁹ dimidiū bonoꝝ suoꝝ nō vni dedit ꝙ pauperibus.s.plurib⁹. Sciebat cūm q̄ ḡna ꝯgesta in vnū locū suffocanť.ꝙ sparsa fructificāt.sic si vnus de elemosina ditare tur.forte nomē dñi sanctiat⁹euomeret.p quo⁹ dñs cū dixisset adolescēti. Vade vēde oſa q̄ habes.nō dixit.da vni.ꝙ da pauperibus.s.pluribus. ¶ Itē fuit deuota elemosina.qđ notāť cū dic.dedit.nō aliū dare fecit. Signū cūm maioris deuotionis est qñ ꝺs p seipm nō p aliuz dat.exēplo christi t aliꝝ scōꝝ pſona liter mīstrantiū in mēdio subditoꝝ. Q̄nte h̄ilitatis fuit q̄ christ⁹caput oīm creaťaꝝ pſonal⁹ pedes lauit subditoꝝ Hoc cūm angelis p̄cipe potuit. Sz exēplū mḡt reliq̄ vobis vt t vos ita faciatis. Hoc exēplo comes q̄dam theobaldus nosc.cū sotulares ꝓpria manu vnxisset dedit paupib⁹ ea de cā vt in eo lacrime ꝯpunctōis t maior deuotio accresceret.t pauper ꝓ ipso affectuosius oraret. Quidice deuotōnis videnť esse illi hoēs.q̄ nō dico tpe sanitatis ꝙ etiā tpe infirmitatis.nihil pſonaliť elemosine volūt facere.ꝙ alijs.s.filijs vel vxoribus studēt ꝓmittere.vt nō tpe vite sue. sed post mortē qñ iā nō sua sūt ꝙ alioꝝ debēāt dare. Hoc non fecit beatus laurēti⁹q̄ elemosine bñficia q̄diu sua erāt s.añ mortez.p̄misit in celū. pſonaliť ea dando.iplens illud qđ dixit dñs. Facite vobis amicos ō māmona iniq̄tatis s.pſonaliť q̄diu viuitis vt recipiāt vos in ēna tabernacula.s.post hāc vitam.

¶ Itē fuit elemosina debita.qz.s. eis dedit q̄bus dare debuit.s. paupib⁹ dedit ḡ paupib⁹ nō diuitib⁹.qz dic̄ ꝓsper. Quib⁹ sua sufficiūt nō debet erogari.qz dare habēt⁹ nihil aliud est q̄ pdere.qz tūc semē elemosine in spinis iacet et suffocať cū diuitib⁹ dať. Unde in cāt̄co bt̄e virginis ōr.esurientes iplet bonis et diuites dimisit manes. Et Helyzeus vasa vacua implebat oleo. Tūc aūt vasa plena implenť .ferētes potius habēt̄ibus q̄ indigentibus.qđ est addere ligna siluis.t aq̄s mari. Lōtra qđ dicit Lu.xuij. Cū facis p̄randiū noli vocare amicos nec diuites. ꝙ voca paupes t debiles claudos t cecos. tc̄. ¶ Itē debita fuit elemosina.qz dedit paupib⁹ nō hystrionib⁹. Vñ Eccl. xij. Bñfac iusto t ne receperis peccatore. Nō cūm nutriendi sunt hystriones t delides.cū esuriāt christi paupes Unde dicit Aug⁹. Nō minus est turpib⁹ dare q̄ ob turpia. Itē Piero. Paria sūt hystrionibus dare t demonib⁹ ſmolare.si qz hystriones sunt dederis.non qz hoies. Vere talis elemosina ē laudabilis.est cūm ros celestis extinguēs peccati caminū.qz sicut aqua extinguit ignē ita elemosina extinguit pcm̄. Laborat ḡ hō exēplo beati laurēti⁹ ꝓuocat⁹. vt talē elemosinā facias sup oſa accepta bilē. Quia si ieiunas in hoc a diabolo nō differs q̄ nunq̄ ꝯmedit. Si vigilas in ꝺ ab ipso nō discrepas qz nūq̄ dormit. Si ꝯtinēs es ille nunq̄ cognouit aliquā. Si silētiū tenes ille vbis nō defluit. In hoc solo supas si elemosinā pauperi das. Pro quo cūm laudabunť iusti in iudicio a christo.nunq̄d qz cōtinentes fuerūt.nō.nunq̄d qz vigilijs intenderūt.nō.ꝙ qz elemosinā dederunt Vñ dicet. Esuriui t dedistis mihi māducare.tc̄. Tantū diligit deus elemosinā.q̄ nō vult q̄ aliq̄s aliq̄ pauptate excuset ab illa. Vñ si pecuniā nō habes da panis fruſtū.et si illud nō vales da qđ ipse dñs docuit.calicem aq̄ frigide. Et dignū est pōderatōe.q̄ dicit calicē nō vinā.non vinā.ne aliq̄s se excusaret ꝓpter corpis debilitatē. Itē dicit aque nō vini. Itē dicit aque frigide nō calide.ne aliquis se excuset.vl ꝓpter ligni penuriā.vel aliā pauptatem R

¶ Digne aūt facientib⁹ elemosinā subditur eterna retributio.cū ōr. Justicia ei⁹ manet in seculū seculi.i.iusta merces q̄ nō trāsit ꝙ manet in seculū seculi. Ibi cūm sicut iā btō laurēcio.sic t oībus digne elemosinā facientib⁹ dabūt mēsu

ram bonā ⁊ cogitatā ⁊ supefluentē. q̄ illa retributio exupat omnē sensum Ad quā nos pducat. Qui ⁊c.

De eodem.

Sermo. CCLV.

Si quis mihi mi/nistrauerit honorificabit eum pr̄ meus q̄ in celis ē. Joh. xij. ℣ Quia dñs nouerat ꝙ talibus dñis libenter hoēs deseruūt a q̄b⁹ magna sperāt. adeo vt ad suū seruicīū magis alliciat. magnū pmiū p seruitio insinuat dicens. Si q̄s mihi ministrauerit honou. cū pa. ⁊c. In quib⁹ verbis duo tanguntur. vicz ministratio. cū dicit. Si quis ministrauerit. In ministerio recta intēto. cū dicit. mihi. Et p ministerio excellēs remuneratio. cū dicit. Honorificabit eū pater meus q̄ est in celis.

℣ Primo g̃ tangit ministrationē dicens Si q̄s ministrauerit. Hāc em̄ oīb⁹ fidelibus suis pmisit explendam dicēs. Lu. xij. Qui voluerit inter vos maior esse sit tanq̄ ministrator. Ministrauerūt g̃ omnes sancti christo ⁊ p̄cipue martires in tribus q̄ ab ipso in feudū recepe rūt. s. in reb⁹ p elemosinā. in corpe p sufferentiā. in aīa p amoris feruorē. Hec sunt tria munera magoy. aur. thus ⁊ mirra. In auro elemosina. in thure feruor deuotiōis. et in mirra mortificatio carnis. In his trib⁹ btūs laurēti⁹ potissime inuenit ministrasse. q̄ rex expo/suit in elemosinis. Vñ de ipo ꝓpric cātat ⁊ legit. Dispsit dedit paupib⁹. Corpus dedit tormētis. iuxta illō Job. xx. Terra data ē in man⁹ impij. terra. i. corpus btī laurētij q̄d detra erat data ē in man⁹ impij. s. decij cesaris. q̄ ad tantaz impietatē deuenit ꝙ ipm corp⁹ assari p̄cepit. ℣ Sz aīam dedit spūalib⁹ seruicijs sicut deuotōi ⁊ amori. iuxta illud apli Cui seruio in spū meo. ℣ In primo. id est in rebus seruuit hilariter scies illud apli. quod hodie legit in epla ꝙ hylarem datorē diligit deus. Cert⁹ per elemosinas in pauperē deo ministrare Vñ in Math. xxv. Quod vni ex mini mis meis fecistis mihi fecistis. Unde et btūs martinus paupem pallio quo vestiuerat. christū in celo vestitū cōspexit. ℣ Hēdm vo. i. corpus mīstrauit tormentis prompte et libēter dicēs cū pñs. Qm̄ in flagella parat⁹ sum. Vñ ⁊ btō Sixto eo ꝙ sibi a penis pcere videbatur dixit. Quid in me displicuit pater nutati suc. nūquid degenerē me ꝓbasti certe expire vtrū idoneū ministr̄ elegeris cui cōmisisti dominici sanguinis dispensationē. Ministrauit aūt corpus ꝓmpte et libēter. certus ꝙ nec capillus capitis sui p christo positus pireat. exēplo tercij fratris in. ij. Mach. vij. Qui linguā postulat⁹ cito ꝓtulit. ⁊ man⁹ cōstanter extendit. ⁊ cū fiducia ait. Ecce ista possideo. ꝑ ꝓpter dei leges nunc hec ipsa despicio. qm̄ me ea ab ipso recepturū spero. Sic ⁊ btūs laurētius insultās ad decīū dicebat. Assatū est tam versa ⁊ māduca. ℣ Sz aīam mīstrauit spūalibus officijs feruēter. scz amori et deuotioni. Vere fortis fuit vt moꝛs di lectio in ipso q̄ ipm a tantis penis nō retraxit. Imo sicut dicit Aug⁹. Mate riales flāmas nō curauit. q̄ interioꝛ feruoꝛ. s. amoris. exteriorē supauit. Jō aūt seruiuit in amoꝛe feruēter. sciebat em̄ ꝙ hoc ministerū maxime q̄rit dñs Bonū q̄dē est primū. s. in reb⁹. Sēdm tū. s. corporis melius. Sed tercīū. s. aīe quod ē in amoꝛe est optimū. Imo pri ma duo nil valent sine tercio. sicut ostē dit apls. Si mḡt oēs facultates meas in vsus paupum dedero. ⁊ corp⁹ meuz tradidero ita vt ardeā. ecce vtrunq̄ posuit. et post addit. caritatē aūt nō habeam nil mihi ꝓdest. Sic ergo beat⁹ laurentius expleuit ministeriuz. q̄d tangit dñs cū dicit. Si q̄s mīstra. ⁊ ℣ Sz qz in pmissis trib⁹. s. reb⁹. corpe. ⁊ aīa aliis dñis solēt q̄dam deseruire plusq̄ deo. ideo in ministerio adiungit rectaz intentionem. cum dicit. mihi. Quidam

enim ministrāt diabolo. vt peccatores. De qb? Cor. xj. Mistri ei? trāsfigurāt se in angelū lucis. Quidā hoī. vt mercenarij. puer. xxix. Rex q̄ libēter audit verba mēdacij oēs ministros hz ipios. Quidā deo. sicut iusti. De qb? hic. Si qs mihi mīstrauerit tē. ¶ Primuz ministeriū est vitupabile. qz seruiēt tā vili tā crudeli. t p mercede tā miserabili. s. pena gehēnali. vbi ipsi qbus seruiunt erūt tortores eoz ppetui. ¶ Scōm ministeriū ē tolerabile. dūmō in malis nō seruiat. Vñ pe. in can. p̄cipit suis dñi fideliter obedire. dūmō ztra decz p̄cepta supioris dñi nō faciāt. ꝑ heu multi hodie de pctis suis se excusāt ppt̄ p̄cepta dñoz suoz. cū tñ in Act. xij. scriptū sit. q̄ magis oportz deo obedire q̄ hominib?. Hoc tñ seruitiū nō est multuz appetendū. qz seruit mortali. pō. Nolite confidere in principib? neq; in filijs hoīm in qbus non est salus. Itē fuit vt frequenti? ingrato. Si em̄ sanū diligūt. infirmū abijciunt. Ad̄ signat Re. xx. Dixit amalechites. Dereliquit me dñs me? qz egrotare cepi. ¶ Terciū ministerium est laudabile. de quo hic. Si qs mihi mīstrauerit. Est aūt laudabile ppter excellētis p̄mij assecutionē. qđ innuit dñs cū dicit. Honorificabit eū p̄ me? q̄ in celis ē. ¶ Honorificabit aūt tripl'r. vicz i morte p angelos misse riū. Vñ Lu. xvi. Factū est vt moreretur mēdic? t portaret ab angelis. Itē in iudicio p ꝑmēdationem. Vñ Mat. xxv. Esurij. t dedistis mihi māducare tē. Itē honorificabit p? iudiciū p celestis regni collatiōem. qz dicet. Venite bñdicti p̄cipite regnū. Ad qđ nos pduc.

¶ Itē de scō laurētio reḡre duos ꝑmones i die scī vincētij. ¶ Itē aliū i die bti martini. s. Thesaurizate. ¶ Itē i sexagesima. Exijt q̄ seminat seminare semē suū.

De assumptiōe btē Marie virginis. Sermo. CCLVI.

Et sic in siō firmata sum et in ciuitate sanctificata simil'r reqeui. et in hierusalē ptās mea. Eccl. xxiij. ¶ In his oībus hodierne eple btā vgo facit tria. Primo oñdit q̄liter dabiliē in p̄nti eccl'ia sit ꝙuersata. cū dicit. Et sic in syō firmata sum. Secdo q̄ excellēter in triūphanti ecclesia hodie sit locata. cū dicit. Et in ciuitate scīficata sil'r reqeui. Tercio i q̄ magna auctoritate sit ibidē p̄uilegiata. cū dicē. Et in hierl'm ptās mea. ¶ Vere laudabiliē innuit cōuersationē se habuisse i militāti ecclesia. cū dicē. Et sic in syō firmata sum. Syō em̄ interp̄tat speck'a. et designat p̄ntes ecclesiā. q̄ dñm speculat' licz in nubilo. qz i fide. speck'o. fides em̄ speculat' absentia. Vnō. j. Cor. xiij. Videmus nūc p speck'm i enigmate. In hac syon innuit btā vgo se laudabil'r ꝙuersatā. cū dicē. sic firmata sū. Per istud ei? innuit incōpabiliē firmitatē. t nō dicē firma sū. s firmata. vt se oñdat suā laudabiliē ꝙuersatiōez nō a se habuisse s a spūscō supueniēte. Firmata aūt ab ipo fuit dupliciť. vicz respectu mali. s. culpe. qđ ꝑmittere nō potuit. t respectu boni qđ amittere nō potuit. zin vtroq; alijs incōpabilis. ¶ Vere firmata ē respectu male culpe incōpabiliť. licet em̄ p scīficationē in vtero mr̄is sic firmata fuerit q̄ ampli? mortaliter peccare nō potuit. sic̄ alij in vtero scīficati. in filij tñ ꝙceptiōe qñ vt? altissimi obūbrauit ei. sic firmata fuit q̄ ampli? nec venialiē peccare potuit. in quo t scīficatis in vtero t oībus alijs incōpabil' fuit. Vñ Aug?. Si oēs sancti t sancte ꝙgregarī possent t q̄rerēt ab eis an pctm̄ habereť. quid rīderent nisi qđ Iohannes ait. Si dixerim? q̄ peccatū nō habem? ipsos nos seducim?. excepta maria virgine. de q̄ ꝓpter honorē dñi nullā prorsus cum de peccatis agiť volo haberi questionē. q̄n. s. sine omni peccato post carnationē fuerit. ¶ Itē firmata fuit respectu boni qđ amittere n potuit. firmata ei fuit i hūilitate. i fidei plēitudīe in patiētia. in pietate. t in vīgi-

tate. Et hec ois incōpabiliter habuit. Fuit em incōpabilis in hūilitate angelis. in fidei plenitudīe aplis. in patientia martirib⁹. in pietate ꝓfessoribus. in virginitate v̄ginib⁹. ¶ Vere incōpabilis fuit in hūilitate angelis. In angel⁹ em maxie ymēdat hūilitas. Lu. xj. per quā steterūt. cū alij ꝓ superbia ecciderūt Vñ ad Heb. j. dr. ꝙ oēs sūt ammīstratorij spūs. qđ sonat in hūilitatē. Sed beate marie incōpabiliē maior fuit humilitas. qz pl⁹ fuit deū hūiliare z inclinare. qđ fecit btā virgo. quā fuit angelis sub deo ꝓ hūilitatē stare. Dicat enīz btūs Bern⁹. Licet v̄ginitate placuerit hūilitate cōcepit. Vñ dicit ī Cañ. Cū esset rex in accubitu suo nard⁹ mea dedit odorē suauitatis. Nardus stē dicit glosa est herba hūilis designans hūilitatē btē virginis. Rex g̃ de quo dicit ē filius dei. q̄ est rex regū z dñs dñantiū Accubit⁹ istius regis ē sin⁹ dei patris Nard⁹ mea. i. humilitas. odorez dedit suauitatis. Et hoc patet. Quia respexit dñs hūilitatē ancille suc. vñ Bern⁹. Bon⁹ odor humilitatis. de hac valle ploratiōis ascēdēdo. pfusis circūquaq; vicinis regionib⁹. ipm q̄ regiū accubitū grata suauitate respsit. ¶ Itē incōpabilis fuit in fidei plenitudine aplis Nā cū sol iustitie fact⁹ esset sicut sacc⁹ cilicin⁹ ꝓ passiōis acerbitatē. et duodecim stelle. s. apli in corona mulieris. i. ecclie posite. obscurate fuissent p infidelitatē. luxit tm luna. i. beata v̄go ꝓ fidei plenitudinē. nā qz firmata fuit. in ipsa aplis cadētib⁹ fidei plenitudo mansit tpe passionis z mortis vsq; ad resurrectionē. ¶ Itē incōpabilis fuit in patiētia martirib⁹. Licet em ipsi firmati fuerint in patiētia. in q̄bus fuit fortis vt mors dilectiō. trāscendit tm ipsos btā virgo patiētie firmitate. Illi em passi sūt corpe. hec ī aīa. qđ ē gr̄i⁹. Illi gladio alieno. hec filij gladio. Tuā ipsius inq̄t symeō aīaz ptrāsibit gladi⁹. O q̄ amarus fuit hic gladi⁹ q̄ de tot z tātis passionib⁹ fabricat⁹ fuerat. et q̄ amare btē virginis aīmā ptransibit. ¶ Itē incōparabilis fuit in pietate cōfessoribus De illis em dr. Eccl. xlviij. Hi sunt viri misericordie quorū pietates nō defecerūt. Sed de ipsa dr ꝙ est mr misericordie. Necmīy. Qui em pomum tenuerit di midia die in manu relīq̄ pte diei odorē seruabit. q̄ntum g̃ ipsam v̄tus pietatis affecit in q̄ nouē mensib⁹ reḡuit. Hac pietate mota. deficiēte vino in nuptijs illud apud filiū ꝓcurabat. ¶ Itē incōpabilis fuit in virginitate virginibus Ille em sunt virgines et infecunde. istius v̄ginitatē fecunditas decorauit. virginitate firmata z inuiolata. qz p⁹ ptū virgo pmānsit. Beata g̃ virgo qz a spū habuit ꝙ malū nō cōmisit z bonū qđ habuit non amisit. ꝓpter hoc in ecclesia militanti laudabiliter est cōuersata ergo dicat. Et sic in syon firmata sum

¶ Secūdo ostēdit q̄ ex celleter hodie in triūphanti ecclesia sit locata. cū subdit. Et ī ciuitate sanctificata simili ter requieui. Triūphās em ecclesia dr ciuitas ꝓpter voluntatū conformitatem. Ciuitas em dr quasi ciuiū vnitas Vñ dñs in Joh. xvij. Pater volo vt ipsi sint vnū in nobis sicut z nos vnum sumus. Hec vnitas in triūphāti ecclesia cōplet. Itē dr sanctificata ꝓpter ipsius puritatē. sanctū em idē est qđ mundū. Vñ Apoc xxj. Nō intrabit in eam aliq̄d coīnq̄natū aut abominatiōez faciens. In hac ciuitate sanctificata btā v̄go hodie reḡuit. Requieuit inquā a magno labore pauptatis. In cuius signū Lu. ij. genuit in diuersorio. z pannis inuoluit. Sed hodie sedit in reḡe opulēta. ysa. xxxij. Itē reḡuit a multo dolore amaritudinis. Vñ Luc. ij. dicit. Dolētes querebamus te. Hz hodie sedet in tabernaculis fiducie. Itē requieuit a clamore desiderij siue affectionis Vñ Act. j. Erāt pseuerātes in oratōe cū maria. Sed hodie cōsecuta est desiderū colluū eternoz. Sed quō requieuit. Silr inq̄t. Nō silr refert ad meritū q̄si dr. Sicut incōpabilis fui in merito

similiter receui incõpabiliter in pmio In domo eñ celesti mansiones multe sunt. & in oib⁹ btã virgo requiẽ qsiuit ꝙ qz ĩmerito excessit. nõ gbi mãsit. ꝙ sup oes ĩhereditate dñi mozari elegit. Hec est hester q̃ ingressa cũcta p ordinẽ hostia. s. mãsionũ vsq; ad assuex. i. regnante puenit. Hodie eñ venieti ad vex salomonẽ posit⁹ ẽ thronus mñ regis circa ipm sup oẽm creaturã. & posuit dyadema regni sup caput ei⁹. ℣ Musãtũ aũt sit ibidẽ in aucte primulegiata ostẽdit eũ dic. Et ĩhierlm ptãs mea. ptãs vsq; ad impetrandũ. Ñ ipse ver⁹ salomõ dic ad ipsaz. Pete mr̃ mea. neq; fas ẽ vt auer. faci. me. Accedam⁹ g̃ eũ fiducia ad reginã miscõic. vt reconcilie mur. ad reginã gr̃e. vt iustificemur. ad reginã gl̃ie. vt beatificemur. Amen.

℣ De eodem festo.

Sermo. CCLVII.

Quasi cedrus exal tata sum ĩ lybano. ℟ Beata vgo qz hodie assumpta ẽ ad statũ patrie. oñdit q̃lis fuerit in statu vie sub cedri ꝓpatõe. Cõpat eñ se cedro ꝓpr̃ ipsius cedri ꝓpietates. Primo qz cedrus sine vmb⁹ ẽ. et btã vgo fuit sine vermie ꝓscie mortalis peccati. etiã sine vme venialis p⁹ ꝓceptuz. Ñ Aug. Cũ de peccatis agit de btã virgine nullã volo fieri prorsus mẽtio nẽ. Scdo qz cedrus lybani fuit matia tẽpli salomonis. & ipsa fuit matia corporis christi. de quo Joh. ij. Soluite tẽplũ. ℣ Tercio qz sp virct. sic & ipsa p vgnitatis mũdiciã et p fidei virorẽ quẽ vnq̃ amisit. Aplis eñ a fide cadentib⁹ ipsa in fide pstitit. & in vgnitate inuiolata pmãsit. ℣ Quarto qz odore suo fugat serpentes. sic btã virgo fugat demones ne noceant hoĩ q̃ntũ volunt. Ñ Job. xxxix. Subito eũ apparuerit aurora. s. oña nra. arbitrant. s. demones vmbrã mortis. Terribilis eñ est demonib⁹ vt castroz acies ordiata Ñ. j. Reg. iiij. Audierũt philistei. i. demones q̃ venisset de⁹ in castra. i. in corpus & alaz vgnis. et h̃ tpe incarnatõis dixerũt ve nobis nõ fuit tãta exultatõ s. angelis q̃ñ dixerũt. gloria in excelsis deo. ab hẽt & nudiusterci⁹. i. tpe legis et pphetaz. ℣ Quinto dz cedrus quia magnas hz radices. sic btã virgo ex q̃bus orta ẽ. abrahã et dauid. sic ostendit Mat. j. ℣ Sexto qz libros a tineis seruat. & ipsa sacrã scripturã seruat ne ab hereticis corrũpat. Ñ cũctas hereses sola interemisti. ℣ Septimo qz odorifera. & beata virgo odore hũilitatis totã resplt ecclesiã. imo vsq; ad celũ ascẽdens attraxit filiũ dei in terrã. Ñ ipa dicit in Cañ. j. Cũ esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorẽ suũ. Expone vt in ꝓcedenti ꝓmone. ℣ Octauo cedr⁹ ẽ sup oes arbores alta siet ipsa est sup oes. & merito. qz supgressa ẽ vniuersas. & ĩ pmio qz exaltata ẽ sup choros angelor. ℣ Nono pes crucis ô erat fuit. & btã virgo sp fixa & firma pedi crucis in passione filij astitit. Unde Jo. xix. Stabat iuxta crucẽ maria mater ei⁹. Ñ v. Materies tẽpli. sine vme. virens. fugat hydros. Radix magna. libros seruãs. odor. alta crucis pes.

℣ De eodem festo.

Sermo. CCLVIII.

Intrauit iesus in quoddã castellum & c. Lu. x.

℟ Juxta litere supficiẽ hoc euangeliũ conuenit marthe & marie magdalene. sed iuxta occulte intelligẽtie significationẽ conuenit marie vgini. Et qz oĩs laus in fine canit. ideo hoc euãgeliũ in fine eius legit. vt ostendat q̃ laudabilẽ statũ habuit a tpe sue natiuitatis. vsq; ad dic assumptiõis. Tãgunt aũt septem in hoc euãgelio suũ laudabilẽ statũ exprimentia. Primuz est dei añ incarnationẽ in ipsa p gratiã habitatio. Scõm est dei ab ipsa in incarnatione in ventrẽ susceptio. Tercium est

euangelij cōseruatio. Quartū est circa curā filij ⁊ aliox diligēs amministratio Quintū est de passione filij sui multa turbatio. Sextū est post resurrectionez filij ingis ꝓtemplatio. Septimū est de oī statu optime partis ⁊ inamissibilis electio. Primū scz dei añ incarnatio nē in ipsa p gram habitatio notat. cū dr. Intrauit ihesus in quoddā castelluz Castz dr quasi castū. eo q olim talib⁹ locis mulieres nō intererāt. Vñ in castelli nosse beate virginis castitas designat. ⁊ apponit quoddaz. vt ostendat beata virgo in sua castitate singularis Tanta enim ipsius fuit puritas vt sub deo maior cogitari nō possit. sicut dicit Anshelmus. Vñ dicit bern. Que puritas vel etiā angelica illi puritati audeat cōpari. p quo ⁊ merito virgo virginū dicit. Quod singulare castellū intrauit ihesus quādo ipsam in vtero matris scz anne p gram sanctificando inhabitauit. De hac inhabitatione dicit in Joh. xiij. Veniemus et māsionem apud eū faciem⁹. Que ẏba licz cuilibet fideli cōueniāt. maxīe tñ beate virgini vt dicatur pluraliter. veniemus. q ipa etiā añ incarnationē fuit totius trinitatis nobile triclinū. In signū h⁹ in annūciatiōe angeli. pr̄ dedit ei potētiā ne timeret. Lu. j. Ne timeas maria. Filius sapientiā. vt prudēter angelo rñderet cū dicit. Quō fiet istud. Spūssanct⁹ dedit benuolentiā vt se ancillā ⁊ credulā exhiberet. cū dixit. Ecce ancilla dñi. fiat r̄. B Secōm scz dei in incarnatione in ventrē ab ipsa susceptio notat ibi. Et mulier q̄dam mar. nomine. etc. il. in do. suā. Mulier dr virgo beata ꝓpter sctū sicut ibi. Mulier ecce fili⁹ tuus. Sed quedam dicit ꝓpter singulare priuilegiū. concepit eñ sine pudore portauit sine labore sed genuit sine dolore. q̄d q nulli alteri datū est mulieribus ideo ipsa bñdicta in mulieribus ab angelo dr Lu. j. Hec mulier singlaris excepit illū in domū suā. i. in vterum. De quo Lu. xj. Beatus venter qui te portauit. Excepit inquā in domū suā illuz qui eā creauit. Unde in hodierna epistola dicit. Qui creauit me requeuit in tabernaculo meo. O quāta dignitas fuit ex hoc beate virginis. q quem totus nō capit orbis in sua se clausit viscera factus homo. Itē excepit illū qui creatā sanctificauit. Vñ ps. Sanctificauit tabernaculū suum altissimus. O q̄ sublimis fuit huius virginis consecratio. quam altissimus pōtifex q̄ est sanctus sctōz dedicauit. De quo j. Pe. ij. Non est sanctus vt est dominus. Item excepit illum qui sanctificatā hodie glorificauit. Unde ps. Surge domine in requiem tuā tu et arca sanctificatōis tue Hec est arca veri noe que post diluuiū p̄sentis vite eleuata est sup montes armenie id est super angelos celestis patrie. C Tercium scz euangelij conseruatio notat ibi. Que etiam sedens secus pedes dñi audiebat verbuz illi⁹. Vere audiebat in arca cordis conseruando. Unde Lu. ij. Maria cōseruabat oīa verba hec ꝓferens in corde suo. Oīa eñ verba et facta dñi diligēter in arca cordis reposuit. et postea scriptores. id est euangelistas docuit. Nam mathe⁹ qui prim⁹ scripsit euangeliū multa ab ea didicit. C Quartū scz circa curaz filij diligēs amministratio notat. cū dr. Martha aūt satagebat circa frequēs ministeriū. glosa. ministrās necessaria mortali carni q̄ indutus erat filius dei Ipsa eñ fuit martha que actuam vitam designat. q oīa pietatis opa que solent aliis pauperib⁹ exhiberi. ipsa filio suo pauperi exhibuit. Ipsa eñ recepit eū in vtero suo quasi hospitem in domo. nuduz vestiuit. s. carne. et post pannis muoluit eum. esurientem ⁊ sitientē lacte suo potauit. ⁊ pauit. infirmū etiā er infantia nō solum visitauit. sed etiā fouendo. gestando. frequētauit. crucifixo. q. in carcere posito affuit. quādo iuxta crucem stetit C Quintum scz de passione filij sui multa turbatio notatur ibi. turbaris erga plurima. Vere

turbabaꝫ erga plurima. ¶Plurima enĩz fuerũt filij sui tormẽta. ⁊ ipsa turbabatur erga singula. Si ẽm turbabaꝫ de ipsius modica in triduo absentia. dolentes mꝫt querebam⁹ te. O ꝙntũ tũc turbabaꝫ de multis supplicijs sibi illatis in ei⁹ pñtia. Bern. O maria benignissima cum ante oculos tuos cerneres ꝓlẽ tuã nobilẽ pati tam ignobilia piã tam impia. mansuetã ⁊ innocentẽ tã dura. ꝯs possit cogitare vel lingua exprimere ꝯ maxim⁹ fuit dolor tuus. ꝯ amarissimi tui cordis gemit⁹. ꝙñ tuxta iusti symeonis vaticiniũ. passionis filij tui acutissimus gladius viscera tua penetrauit. mors eius amarissima tuã ipsius animã trãsuerberauit. ¶Sextũ. s. post resurrectionẽ christi iugis ꝓtẽplatio notaꝫ cũ dicit. ¶Porro vnũ est necessariũ. glosa. deo iugiter inherere. qꝛ q̃ adheret deo vnus spus efficit cũ eo. orãs iugiter. vt sicut tã vnitus est deo p gratiã. tandẽ vniaꝫ p gloriã dicẽs illi ps. Vnã petij a dño hãc requiram vt inhabitẽ in domo dñi. Quantũ credim⁹ carissimi ipsaz in dilecti filij sui post ascẽsionẽ absentia. p ipsius suspiraſſe pſentia. In signũ hui⁹ dꝛ in Act. Erãt oẽs pseuerãtes in orõne cũ maria. Adiunxit ẽm ad mariã. qꝛ nõ dubiũ q̃n ipsa in orõne fuerit potior ⁊ in ꝓtẽplatiõe feruẽtior. ℳ ¶Septimũ. s. de oĩ statu optime ptis ⁊ iamissibilis electio notaꝫ ibi. Optimã ptẽ elegit sibi maria q̃ nõ auferet. Triplex est cm̃ status. vicz cõiugatoꝝ. ꝓtinentiũ. ⁊ virginum. ⁊ de quolibet ipsorũ elegit optimũ. Nã de statu v̄ginali elegit integritatẽ. ⁊ reliq̃t sterilitatẽ. De viduali statu elegit scitatẽ ⁊ reliq̃t corruptionẽ. De statu ꝓiugali elegit fecunditatez. et reliq̃t ptus doloꝛẽ. Vel optimã ptẽ. qꝛ bona est fecũditas cõiugalis. ⁊ melior castitas virginalis. prorsus optima ẽ virginea fecũditas. marie primulegiũ est. non auferet ab ea. Vel optimã ptẽ elegit ꝙtum ad statũ ꝓtẽplatiuũ. qꝛ illi magis intentauit. Bonus q̃dẽ status actiue ⁊ melioꝛ contemplatiue. Actiuus ẽm hic deficit. contẽplatiuus vo post hanc vitaz ꝑficit. qꝛ hic est in enigmate. ibi facie ad faciem. Ad quam nos ꝓducat.

¶De eodem festo.

Sermo. CCLIX.

Optimam partez elegit sibi maria que non auferet ab ea. Luc. x. ℳ In his verbis beate virginis discretio innuit. qꝛ circa illud qd amittere non potuit tanꝯ circa optimã ptẽ negociari elegit. Vñ notandũ tres ptes in hac vita hominꝫ necessarias. scz res. corp⁹. ⁊ anima. Et dico ptes necessarias. qꝛ si vna abesset pñs vita deficeret. ¶Prima ps. s. res bona. qꝛ a bono deo creata. Vñ in Ben. j. Vidit de⁹ cuncta q̃ fecerat et erãt valde bona. Secũda. scz corpus melioꝛ. qꝛ nõ cũ alijs reb⁹ ẽ factũ. ⁊ ꝑticulariter cũ deliberatiõe tanꝯ digni⁹ ẽ formatũ. Tercia. s. aĩa ẽ optima qꝛ ad imaginẽ ⁊ similitudinẽ dei ẽ creata. ¶Primã ptẽ. s. res mutuauit nobis mõs. Secũdam. s. corp⁹ mutuauit nobis hum⁹. Terciã. s. aĩam mutuauit nobis de⁹. et ideo hec tanꝯ optima magis ẽ eligenda. Sed heu ipsa tanꝯ viliora pleriscꝫ reiciũt magis circa alias negociando. Nã circa primã negociari elegit auar⁹. circa secũdam epicur⁹. circa terciã vo deuot⁹. ℱ ¶Auar⁹ ẽm reiecta corpis ⁊ aĩe ꝑcuratiõe soli ꝑti quã elegit. s. reb⁹ ḡs a mũdo mutuauit ihesus ipsas augmẽtãdo. Vñ mutat regna. patiũt naufragia. sp sollicitus suspirat. corp⁹ laboꝛe cruciat. ⁊ tñ corpi subtrahit oportuna. qꝛ ꝑm poctã q̃rit. s. opes ⁊ iniquitis miser abstinet ⁊ timet vti. Itẽ de aĩa nil curat. qꝛ vno denario eã vẽdit. s. peccãdo. vl aliõ petñ ꝓmittẽdo. Sz frustra cruciaꝝ auare. qꝛ cũ intrier⁹ ñ sumes oĩa. imo nulla. hec ei⁹ ps auferet a mõo q̃ eã mutuauit. Bern. Mõs sexo rabilẽ tanitoꝛẽ cõstituit. vt nil hõ ꝑter pctã secũ portaret. Exẽplũ o trib⁹ amiq̃

in barlaã. ℞ Epicuri vo de alijs pnbus nõ curãtes corpi sup oĩa intendũt dicentes. Comedamus ⁊ bibam⁹. cras em moriemur. Vñ nullũ incõmodũ in corpe sustinere volũt. Sed ps corpis q̃tũcũq̃ floꝛida a terra q̃ mutuauit auferet. qꝛ cinis est ⁊ in cinerem reuertet. Nihil em in mũdo tam abominabile ⁊ tediosum sicut ꝺadauer hois. In aquis nõ pijcit ne inficiant. in aere nõ suspendit ne corrũpatur. ℈ sicut venenũ pessimũ in fouea pijcat. ⁊ humo ne videat amplius coopit. Ecce corpis gꝛa ãsi flos feni p mortẽ subito euanescit. Attende g̃ epicure q̃ moꝛs q̃ corp⁹ ãnihilat est claua sũmi impatoꝛis. que currens p totũ mundũ. nulli parcit. ⁊ ẽ malleus illius q̃ celum terrãq̃ fabꝛicauit. cui nemo resistere põt. ⁊ minus curabis de voluptate corpis. qꝛ facile cõtẽnit oĩa q̃ semp se cogitat moꝛiturum. Unde cũ cuiusdã diuitis filius intrasset clausũ ⁊ pater suus illud euertere minaret nisi exiret. ille iuuenis patri rñdit. Si vellet eũ secuꝝ facere de q̃dã cõsuetudine terre sue. q̃ scz iuuenes non ita moꝛerent. sicut senes. tũc exiret. De quo vbo pr̃nõ solũ q̃euit ℈ seip̃m religioni reddidit. ℞ Terciam aũt ptem eligũt deuoti. s. sollicite de aĩa. ⁊ illa est optima qꝛ nõ auferet. Hec est ps quã marie diligit deus. s. aĩam. Nec mirũ. Oñe em aĩal diligit simile sibi. ⁊ aĩa hois est ad silitudinẽ dei. p quo dicẽ sibi delicias esse cũ filijs hoim. Non em ℔ q̃tũ ad corpus dicit. in quo nõ possũ deliciari qꝛ turpius ⁊ fetidius est oĩ creatura. qõ sputũ ⁊ vmes ebullit ⁊ fimũ fetidũ. ℈ dicit de aĩa. ex ẽplo mulieris que cũ speculũ inspicit nõ in vitro ℈ in imagine sua quã videt in vitro delectat. sic deus in aĩa. qꝛ relucet in ea imago trinitatis delectat. Delectat etiã in aĩa ds tãq̃ mercatoꝛ in mercato qõ reb⁹ p̃ciosis ꝙauit. nõ em vt ait petrus auro et argẽto ℈ pcioso sanguĩe redemit.. Vñ q̃ fraudẽ facit mercenario. ⁊ q̃ effundit sanguinẽ frẽs sũt. Judei effuderũt sanguinẽ xp̃i. Xp̃s aũt nr̃ est mercenarius req̃rens cuiusq̃ aĩam tanq̃ mercedẽ passionis sue. ℈ q̃ aĩam tanq̃ mercedẽ suã sibi subtrahit silis est illis in culpa q̃ xp̃m occiderũt. Q hõ si hẽs sanguinẽ xp̃i. nõne mũdissime obseruaret. q̃re g̃ aĩam tuã quã xp̃s plus dilexit q̃ sanguinẽ suũ qꝛ illũ fudit vt illam emeret. mũde nõ obseruas. Cõsidera q̃ q̃ tibi rẽ quã care emisses auferret plus te offenderet q̃ si p̃ciũ qõ ꝙ ea dedisses auferret. Plus g̃ deũ offendis. si ei aĩam quã care emit subtrahis. q̃ iudeus qui sanguinẽ fudit cũ quo aĩam emit. Hãc ptem q̃ oĩm nobilissima ⁊ optima est elegit sibi maria. Non em mutuatũ a mundo habuit. s. res qꝛ pauprima fuit adeo vt etiã domũ in q̃ pareret nõ hẽret Corpus etiaz delicijs nõ fouit ⁊ voluptatibus. in cuius signũ pꝛima votum virginitatis emisit. Sed terciũ. s. aĩam quã a deo mutuauit elegit. scz negociari circa illã. ⁊ repletã vtutib⁹ ad laudez dñi incitauit dicens. Magnificat aĩa mea dñm.

℞ De eodem festo.

Sermo. CCLX.

Astitit regina a dextris tuis in vestitu deaurato circũdata varietate. ℞ Cõmendatur hic beata vgo pꝛincipaliter a trib⁹ ꝙmo a ẽminenti dignitate ibi. Astitit regina a dextris t. Scõo a gl̃iosa sui corpis assũptione ibi. cũ dicit. in vestitu deaurato. Tercio ab oĩm sanctoꝝ veneranda societate ibi. Circũdata varietate. ꝙeeminens dignitas oñdit ibi ex tribus. s. ex cõtẽplationis felicitate ibi. Astitit. Item ex dig̃tatis auctate. ibi. regina. Item ex beatitudinis imensitate. ibi. a dextris. In eo g̃ q̃ hodie astitit ꝑpendit ex ꝺtẽplatiõe felicitas. Sũma em btitudo sanctoꝝ est ex ꝙspectu deitatis. In cuius figura Re. dr. Beati viri tui ⁊ beati fui tui ⁊c. Hec est em vita eterna vt cognoscant te deũ Jo. Sz

pensandum q̄ beata virgo astitit filio. ¶Primo nascenti iam nato. s. curā gerēs eius necessitatis Luc. ij. ¶Pannis inuoluit eū. Itē q̄n natū p̄sentauit templo obtulit. Item cū eo in egyptū fugit. ⁊ in nazareth cū oī diligētia enutriuit. Itē astitit morienti. s. ptem ferens sue passionis. Jo. xix. ¶Stabāt iux crucem Lu. ij. Tuā ipsius aiam ptransibit gladius. glo. i. dolor dñce passiōis. Tercio astitit regnanti pticeps sue ꝓsolationis ¶Assistit aūt in gaudijs sicut p̄ius particeps fuit doloris. ¶Hoc signatū ē in bersabee. q̄ primo multū angustiata est p salomone filio eius añ q̄ nitroniz̄aret. ⁊ post ad dexterā illius ꝓsedit i throno ¶Astitit aūt regina. vbi notat sue dignitatis auctas. ¶Hec est hester quā rex celestis adamauit sup oēs mulieres. ⁊ posuit hodie diadema regni super caput eius. ¶Astitit g̃ hec regina a dextris. in quo notat ei⁹ btitudis imensitas. ¶Hic em̄ filius dr̄ sedere ad dextrā p̄ris. q̄ ē in potioribus bonis. sic mr̄ a dextris filij dr̄ astare. q̄ est in potioribus bonis eius. vt ei nullus in gl̄ia adequet. ¶Unde in Re. ¶Positus est thronus mr̄i salomonis ad dextram eius. ℟ ¶Astitit aūt in vestitu deaurato. ¶Hic cōmendat a gl̄iosa sui corpis assūptione. Corpus em̄ dr̄ vestimentū. q̄ aiam tegit sic corpus vestimentū. ¶Hoc vestimentū p̄natura fuit terreū. in assūptione deauratū. i. gl̄ificatū. ¶Hoc vestimentū nō dicit aureū. ꝑ deauratū. q̄ vt dicit glo. q̄d aureū est totū aureū est. q̄d vo deauratū ē aux hz ⁊ aliud. corpus em̄ vginis ppē gl̄ificationē nō pdidit. q̄d habuit p naturā. ℣ ¶Astitit aūt circūdata varietate. vbi cōmendat a venerāda oīm sāctox societate. Etem̄. Apli adhuc mortales ꝓuenerūt ad corpus mortuū. De hꝭ testis dyonisius. q̄ dicit se interfuisse. scribens timotheo. Dixit ettaz hildfonsus. ¶Plures autumāt q̄ hec sacra vgic de suo corpore migrante. ipsa hora sibi affuerūt apli de diuersis ptibus mōdi congregati. Cū q̄li aūt varietate sctox sit assūpta in celū habes in seq̄nti p̄mone.

De eodem festo.

Sermo. CCLXI.

Ignū magnū ap

paruit in celo. mulier amicta sole. ⁊ luna sub pedibus eius. Apoc. xij.

Dum sacrū mysterū cerneret iohānes inter cetera vidit ad laudē beate virgis. q̄ sibi fuerat cōmendata. q̄d in p̄missis vbis tactū est. In quibus verbis duo facit. ¶Primo cōmendat signū apparēs. cū dic. Signū magnū apparuit Deinde ꝓsequit apparentis significationē. cū dicit. in celo mulier amicta sole ⁊c. Signi cōmendatio fit in duob⁹ A denotatione. q̄ signum a q̄titate. q̄ magnū. ¶Non īmerito aūt dr̄ signū q̄d videt. nec īmerito magnū designat cū illius magnitudinē q̄ ne p̄ma sic̄ visa est nec hr̄e sequentē. ⁊ ipsius mirabilem assūptionē. cū dicit. ¶Mulier in celo amicta sole ⁊ luna sub pedibus eius ¶Mulier aūt dr̄ beata virgo nō a corruptione ꝑ a sexu. sicut ibi. ¶Mulier ecce est ius tuus. Quā beatā mulierem oīdit hodie esse a triplici re honoratā. a celo. a sole. ⁊ a luna. ¶Nā in celo apparuit. sole amicta fuit. ⁊ luna sub pedibus eius extitit. Et hec tria sūt signū magnū. Significant em̄ tria magna in beate virginis assūptione expleta. ¶Primo em̄ innuit ad quē locū beata vgo sit assūpta cū dic. in celo apparuit. In secūdo ostēditur q̄ gloriosa veste in assumptione fuerit decorata. cum dicit. Amicta sole. In tercio exprimit in quam excellenti mansione hodie sit locata. cū dicit. ⁊ luna sub pedibus eius. ℣ ¶Ostendēs g̃ locuz ad quē est assumpta dicit. Apparuit mlier in celo. nō in paradiso. vt helyas ⁊ enoch. Vñ cantat ecclesia. Assumpta est maria in celū. Et bñ dr̄ assūpta. nemo em̄ ꝓpria vtute in celū ascendit. ꝑter xp̄m. ꝑ omēs sunt assumpti. ⁊ b̄ ab angelis. Vñ Luc. xvj. Mortuus est mendicus ⁊ portatus ab angelis. Da

ria aūt nō solum ab angelis assumpta. ꝫ etiā ab ipso filio. Vñ in Cañ. dicitur. Quę est ista q̄ ascendit. innixa sup dilectū suū. Diu cū ꝑter dilectum filiū suū mansērat. cū ipse celos ascendens. matrem suā nouē annis post ascensionem suā in terra reliquerat. Hoc aūt factuz est a sancta ꝓuisione. Voluit cū beata virgo adhuc in corpore ꝓꝑijs viribus meritū iusticie elaborare. licz de grā eo q̄ esset mater dei sup choros angelorū esset honoranda. Voluit ꝛ filius vt mater speciali honorificentia susciperetur q̄n in ipsius ascensione in dñi laudib⁹ fuerāt occupati. Unde post tpe ꝯgruo congregauit oīs electos vt transduce rent honorifice archam in hierl'm. De qua dauid. Surge dñe in requiem tuā tu archa sanctificationis tue. Et nota hic quō vniuersus israel deduceb at archam in iubilo. ꝛ q̄liter dauid ꝑ omnibus ante archam saltabat. Adapta de aliis sermonibus. Sed quali veste in assumptione fuerit decorata ostendit cuz dicit. Amicta sole. Vere salomon in oī gl̄ia sua nō fuit sic vestitus. Hoc aūt vestimentū nō fuit a seculi artifice ꝓtextū ꝫ a deo plasmatū. fuit cū ipius corpus benedictū. Quis cū dubitet nisi sit in corpe assumpta. Spūs cū sanctus qui nō oīnibus equaliter reuelat. hoc beato augustino oranti reuelauit. Unde inter cetera dixit. Non solum carnē quā assumpsit. ꝫ etiam carnē de qua assumpsit credimus assumptā. Vestita g̃ fuit in assumptione vestimento corpis. corporis dico glorificati. quod beatus iohānes in ꝑmissis verbis sub solis comparatione innuit. cū dicit. amicta sole. id est glorificato corpore. quā gloriā ipse dñs in monte thabor oñdit. qñ resplenduit facies eius sicut sol. ꝛ eandem gloriam fidelibus suis ꝓmisit dicens. Fulgebunt iusti sicut sol. Math. xiij. Et q̄ in celo ad quod assumpta est mansiōes multe sunt. in qua ipsa sit locata innuit cū dicit luna sub pedibus eius. Luna dr quasi lux aliena. eo q̄ a sole lucē hēat. ꝑ hoc ergo oñe qđ aliunde lucz designatur. talis est oīs creatura etiā cherubin ꝛ seraphin. non cñ a se lucent ꝫ a deo. Per hoc g̃ q̄ dicit q̄ luna sub pedibus eius sit. innuit ipsam sup oīa. etiam sup choros angelorū sublimatā. ꝛ in suprema mansione cū filio collocatā. Voluit cñ filius vt nullū mediū essz inter ipm ꝛ matrē eius. sed sicut verus salomon a dextris thronū eius posuit.

De eodem festo.

Sermo. CCLXII.

Quis dabit mihi pennas sicut columbe ꝛ volabo ꝛ requiescam. ℣ Verba sunt felicis anime perfectionē beate marie virgis ꝛ hodiernam felicitatem āmirantis. ꝛ imitationē eius desiderantis. āmiratur cñ tria in columba. id est in beata virgine. vicz habitum quo resplenduit. volatum quo ascendit. locū quo quiescit. ℣ Desiderat ergo habitum colūbe quo ornetur. cum dicit. Quis dabit mihi pēnas col. Volatum quo eleuetur cū dicit. ꝛ volabo. Locum quo collocetur. cū dicit. ꝛ requiescam. Siquidem in ornatu beate v̄ginis notatur virtutū imensitas. ps. Omnis gloria filie regis ab intus. In volatu ascendentis agilitas Unde de sanctis dicit Esa. xl. Mutabunt fortitudinem. Et post dicit. Volabunt ꝛ nō deficient. In loco beatitudis felicitas. Unde ps. Transibo in locum tabernaculi āmirabilis vsq̄ ad domuz dei. ℣ Dicitur aūt columba beata virgo ꝓpter figure ꝑsignationem ꝛ ꝓprietatis expressionem. Ꝓesignata enim fuit in columba. Gen. viij. vbi de archa militantis ecclesie extra quā non est salus. primo exiuit corui. i. apostata angelus ꝑ superbiam. q̄ illectus cadaueribus peccatoꝝ nō redijt nec reuertetur Deinde columba. id est ꝓtoplastus ꝑ auaricia tanq̄ colūba seducta nō hīs cor. Osee. vij. Qui redijt ꝑ penitentiā.

ꝫ nihil attulit. qz ñ potuit restituere qđ pdidit. Deinde iter egressa est colūba. i. pthoplasti filia. q̄ q̄dem exijt p origīa lem culpā. ꝫ rediit p sanctificationē plena grā portans ramū olive virentibus folijs. i. grē peccatores cū deo recōcilīantis. ¶ Itē dr̄ colūba qz ꝓprietatē colūbe exp̄ssit. Nam colūba est in nidificando diligēs Cant. viij. In foraminibus petre. In cantu gemens. Esa. xxx. Quasi colūbe gemētes. Insidias p̄cauens. Un Can. v. Oculi tui sicut colūbe sup riuos aquaꝝ. ¶ Nidificatio colūbe respicit beate v̄ginis solicitudinis frequentiā. dū sola soli vacabat. Unde qz angelus nō inuenit eā foris vagantē. ꝫ solitariā. dr̄ in Luc. Ingressus angelus. Sciebat em̄ q̄ talis locus aptior est ꝓtēplationi. Un Osee. ij. Ducam eā in solitudinē & ibi loquar ad cor ei⁹ Un de sanctis predicatoribus dr̄. Esa. lxij. Qui sunt hi q̄ vt nubes volant. scz p p̄dicationē. & q̄si colūbe ad fenestras suas. s. p solitariā vacationē. ¶ Itē tanq̄ columba cauit insidias accipitris qñ cogitabat qualis esset salutatio. Unde & angelo dixit. quō fiet istud qm̄ virum nō cognosco. i. cognoscere nō ꝓpono. q. d. Si vere dei nuncius es indica modum. ¶ Item gemitus cōlumbe respicit maternū ꝓ filio dolorem. De quo Luc ij. Ego & pater tuus dolentes quereba mus te. Pariē aūt respicit dolorē quē ꝓpe crucis habuit. qñ ipsius aiam gladius ptransiuit. ¶ Huius colūbe penne sunt vt dixi virtutes que pēne tuta ꝓphetā sunt niue dealbate quo nihil candidius. deargēntate. quo nihil sonorius. deaurate quo nihil p̄ciosi⁹. Virtutes em̄ dñe nr̄e & pulcre sunt ad speculandū. & sonore ad laudandū. & p̄ciose ad imitandū. His pennis volauit tripliciter. ¶ Primo in matris vtero. Secō in mōdo. Tercio in celo. In primo volatu habuit pennas niueas. fuit q̄dem in ea ingredo originalis in ꝓceptu. ꝫ duz discernit sup eā celestis regis. s. clementia. dealbate sūt in scliuon. scliuon par vl̄ vmbraculū dr̄. In scō habuit argēteas. qñ missus est angelus ad eā & qñ dixit. Ecce ancilla dñi. In tercio aureas. qz posteriora dorsi eius fuerunt in palore auri. De his Cant. vj. Que est ista q̄ ascendit q̄si aurora q̄tū ad statuz sctificationis in vtero. vbi fuit termin⁹ noctis & initiū diei. pulcra vt lūa q̄tuz ad statū ꝓcessus in mūdo. electa vt sol q̄tū ad statū assūptionis in celū. tūc em̄ fuit amicta sole. i. glificato corpe. ¶ Primus volatus fuit in candore innocētie Secūs in plenitudīe grē. Tercius in altitudine glie. Et ibi reqescit sup mōtes armenie. Armenia montis vellicatio dr̄. Adapta de alijs ſmonibus.

¶ In ſmone imediate p̄cedente autor huius libri dicit beatam virginem ꝓceptā esse in originali peccato. Sz hodie oppositum p̄dicat in ecclesia dei.

De eodem festo.

Sermo. CCLXIII.

Que est ista q̄ ascēdit de deser. deli. af. innix. super di. su. ¶ Secōm beatū Bern. Verba sunt angelorꝫ assūptionē beate virginis āmirantiū. Miranē vero primo ipsius dignitatē. cū dicūt Que est ista. Glosa. q̄ digna. Secūdo sanctitatem ibi. que ascendit. Tercio felicitatem. ibi delicijs affluens. Quarto honorē. ibi. innixa sup di. su. ¶ Dignitatē āmirātes ꝓponūt angeli questionē ꝫ āmiratiōis Que est ista. Huic questioni rñdere nō sufficit lingua hūana. ꝫ nec angelica. ꝫ respondeat diuina in ꝑsona eius. Ego ex ore altissimi ꝓdij. primogenita ante oēm creaturā nō tpe ꝫ dignitate. Dignitate em̄ multiplici p̄eminet oīi creature. Ipsa em̄ est vt ait aug. mater dei. regina celi. dña mundi porta paradisi.

Mater dei quia genuit ipsum Luc. s. Nō em̄ ex te nascet sanctū. vocabit filius dei. Hinc q̄ q̄ sup ipm̄ hz gđ āmodo materne auctoritatis impiū nulli alij

quenit creatura. Aug⁹. Hoc singulariē illa femina habuit vt videret sibi nascēdi hūilitate subditū. quē nō solū humana veneratā angelica venerat creatura t adorat altissimū. Regina vo celi est qz de inferni spoliis repauit ruinā angeloz t iplcuit celū. Ber. Per te celū impletū est. infernus spoliatus. A principio creationis celi regē habuerūt. regināondū hēbant. ꝙ hodie regina saba ingressa est hierlm cū magno comitatu Re. xuij. Dña vo mūdi est qz repauit mundū. Vñ aug. Que singkari tuo mōo succurristi pdito. Jō t dña interpatā. Porta vo paradisi est qz p ipsam solam patz aditus paradisi. Vñ añ ei⁹ ortū nullus intrauit paradisum. Paradisi eñ porta p cuā cūctis clausa ē. ꝙ ipsa facta ē regis alti ianua. Si g̃ intrare volum⁹ pulsem⁹ instanter ad hanc ianuā manu deuotiōis cōpacta g̃si ex q̃nq̃ digitis. s. in eā sperādo. amādo. laudādo. orando. imitando. Sic pulsanti apiet. iō nō intrāt pagani. iudei hereticī. qz ad hāc ianuā nō pulsant. Clauis huj⁹ ianue ē ipsius mſa q̃ mox vt pulsat apit. qz misericordie viscera nulli claudit hoīz. vñ t mr mīe dr. K Scdo eius miranē scītatē cū dicūt. q̃ ascendit de deserto. Desertū eñ mundū istū vocant. Quid eñ desertū nisi locus aridus incultus. horridus. inhabitabilis. teste moyse q̃ diu habitauerat in deserto. Inuenit inquit eū in tra deserta in loco horroris t va. so. Sic mōs iste est locus aridus. qz nō pōt sedare sitim se diligentiū. qz ſm aug. aſa solius dei capax est. Vñ nil qō minus est ipsam replere pōt. Incultus est. ppt paucitatē vtutū. pō. Declinauerūt simul inutiles facti sunt. Horridus ppt mltitudinē bestiax. i. vicioz. Odiosus est. Maledictū t mendaciū t furtuz t adulteriū inundauerūt. Inhabitabilis qz in eo nō est manendū ꝙ trāseundum Hebre. xj. Confitētes qz pegrini sunt. In hō deserto multi sibi pfituūt paradisū pcurātes sibi delicias t voluptates. Tales sūt de nūero illoz q̃ citra iordanē se possessionē accepisse pfitent nihil vltra q̃rentes. t iō nō ascendūt aſe eoz de deserto in celū. qz de deserto fecerunt sibi celū. Sz btā vgo mundū p deserto habuit. iō nolebat in eo manere. ꝙ quotidie pēnis vtutū cōscendebat de deserto in celū. Duplex eñ vita. s. actiua t ptēplatiua sc̄ ḡsi due colūbe nre. de q̃ cantamus. Vidi speciosam sic colūbā ascēdentē. Jō hodie legit euāgeliū de martha t maria. De sunt due puelle comitantes hester ad assuex intrantē. quarū marta. i. actiua corpus sustentat. altera maria. s. ptēplatiua vestimenta eleuat.

L Tercio miranē eius felicitatē ibi delicijs affluēs. Affluebat eñ delicijs gre dū adhuc erat in deserto. qz erat ortus deliciax. paradisus malorū punicoz. ortus pfit⁹ regina manu t cultu. in quo assueri regis ꝓuiuiū celebratū ē. M Quarto t vltimo miranē ei⁹ honorē quē hodie pfecuta est. Ascēdit ei⁹ innixa sup dilectū suū. s. filiū. Unde bern Quis cogitare sufficiat q̃gliose mundi dña hodie pcesserit. q̃to deuotiōis affectu tota in ei⁹ occursū pdierat celestiuz legionū multitudo. q̃ placido vultu. q̃ serena facie. q̃ letis aplexibus suscepta a filio. t sup oēz exaltata creaturā. Et hiero. Ipse p se saluator festinus t let⁹ tot⁹ occurrit. t eā secū in solio collocauit. Et qz ē nra aduocata. rogem⁹ ipsā vt apud filium p nobis intercedat.

De eodem festo.

Sermo. CCLXIIII.

Que est ista que ascendit de deserto delicijs affluens. innixa sup dilectū suū. Cant. viij. H Angeloz questio est. tria circa assumptionē virginis āmirantiū. Primo admiranē dignitatem ascendentis. cū dicūt. Que est ista q̃ ascendit. glosa. q̃digna Scdo plenitudinē venientis ibi. delicijs affluens. Tercio nouū modū ascēsiōis cū dr. innixa sup dilectū suum. Dignitas ascendētis in tribus est āmirabilis

℣ In hoc primo aduentu multa fecit ꝙ nobis de q̄bus in ſecūdo exiget rationem. Et quidem in hoc aduentu eccleſiam ſibi tanq̄ ſponſam copulauit Juxta illud Oſee ij. Sponſabo te mihi in fide ⁊ in iudicio. ſcz diſcretionis. Sic em̄ ſibi vniuit naturam hūanam. vt tamen peccatū vitaret. In ſecūdo vero aduentu tranſducet in domū eternitatis ſue copulatā. Unde Prouer. vij dicit eccl'ia. Non eſt vir i. xp̄s in domo via longiſſima abijt. ſcz in celum. ſacculum pecunie ſecum tulit. id eſt quatuoꝛ dotes coꝛporis. que ſunt luminoſitas. agilitas. ſubtilitas. ⁊ impaſſibilitas. O q̄ excellens eſt hec pecunia. certe nec vnam caꝛ poſſet quis impatoꝛ vel rex in hoc mūdo cū oīm thеſauris ſuis compare. ſicut impaſſibilitatez. ⁊ quālibet earū. Sed in die plene lune reuertetur. hoc eſt in ſecundo aduentu. tunc em̄ erit pleniluniū. quia tunc implebit numerus electoꝝ. de quo plenilunio dicitur ſanctis Apoc. vj. Adhuc ſuſticte modicū tp̄us donec impleat numerus fratrum veſtroꝝ. Item in primo aduē tu quia perteramus nos queſiuit. nobis ſuſtuit. nos paſſione ſua ſaluos fecit. ſicut hic dicit. Venit filius hoīs querere ⁊ ſaluū facere. In ſecundo venit mercedē ꝙ ſuſtio petiturus. id eſt noſipſos. Unde dicet illud zach. xj. Si bonū eſt in oculis veſtris afferte mihi mercedem meā. id eſt aīam veſtram. Anima em̄ noſtra eſt illa p̄ciоſa margarita ꝓ qua ipſe celeſtis negociatoꝛ dedit oīa ſua ⁊ cōparauit eam. ſicut dicit Math xiij. Dedit em̄ carnē ſuā ꝙ ea. ſ. ad lacerandum. vt de eius vulneribus curaretur. Sanguinē ad effudendū. vt ꝙ illū mundificaret. Uitam ad occidendum. vt ꝙ hoc vuificaret. aīam ad educendā in infernū. vt ꝙ hoc aīa inde liberaret. Et qꝛ ita amare eā emit. nō mirū ſi amare eā repetat. O q̄felix erit ille qui tunc dicet. Modo reddo tibi creatoꝛi animā meam. Bern̄. Ue mihi ſi talentum mihi traditū negligenter ſuauero

ꝑcioso sanguine agni incõtaminati apꝓciatũ. Propter hoc bene cõsulebat apl̃us discipulo suo. Thi. vj. Depositũ tuũ custodi. Item in primo aduentu cõduxit oparios in vineã suã ipsos mittẽdo Math. xx. In scõo aduentu cũ operarijs disceptabit laborẽ retribuendo. de quo ibidẽ in math. dr. Cũ sero factũ esset dicit dñs vinee ꝓcuratori suo. Voca oparios ⁊ redde illis mercedẽ. Vinea xpi est pñs ecclia in qua est ꝓ denario vite eterne laborandum. Extra eñ ipsam nullũ opus meritorie agit. Sed pensandũ q̃ in hac quentione illis qui circa horã primã ꝺducunt certũ ꝑcium s. denarius diurnus ꝓmittit. Illis vo q̃ circa horam terciã sextã ⁊ nonã ꝺducũtur nõ certũ q̃d ꝙ tustũ fuerit ꝓmittitur. Illis vo q̃ circa horam vndecimaz in vineã mittũt nihil ꝓmittit. Hora ꝓma est puericia. hora tercia est iuuent⁹ siue adolescentia. hora sexta est etas virilis. hora nona ẽ senectus. hora vndecima est decrepitus. Qui ꝙ primo mane. i. in in pucricia deo seruire incipiũt eo q̃ totũ tps vite sue in seruitio dei posuerũt. de mercede laboris certificantur. Illis vo q̃ in adolescentia vel in etate virili. vel in senio deo ſuire incipiũt. qz in differenti tpe deo ſuire inceperũt. ſm exigentiã tpis qõ tustum fuerit ꝓmittit. Illis vo q̃ in hora vndecima. i. in decrepita etate ꝙuertunt nihil ꝓmittitur. vt ostendat q̃ quicq̃d cũ talibus agit nõ ex tusticia ꝙsi ꝓ meritis. ꝙ ⁊ misericordia totũ agit. Item in primo aduentu pecuniã suã tradidit ſuis suis. ⁊ alicui dedit vnam mnam. alteri dedit decem mnas vel talenta. q̃ designat diuersas grãs. ꝙs qñq̃ vni tradit. qñq̃ ꝓticulariter distribuit. Una mna vel talentũ est est excellenter imaginari discernere ⁊ memoriter retinere. Itẽ alia mna facunde ꝓponere. Item alia bene cantare vel legere. Item alia scie. Itẽ alia in corpis fortitudine. Alia in nobilitate. Alia seculares potẽtie. Alia pecunie. Alia isti⁹ vl illius artis noticia. Itẽ alia mna nullam gratiã hñe. ⁊ hoc ꝑm est gra. qz dicit aug. q̃ magna est gra nõ hñe graz qz ex hoc magis hũiliatur. In scõo aduentu hanc mnam vel talentoꝝ lucrũ exiget cũ vsura. Itẽ in primo aduentu posuit villicos in villis suis. ⁊ vni dedit vnã villaz. alteri vnũ regnũ. alicui vnã prebendam. alij archidyaconatũ. alteri epatum. In scõo aduẽtu vnicuiq̃ de ꝓdictis dicet. redde rõnem villicatiõis tue. Unde Eccs. vj. dr de omnibus q̃ in futuro iudicio fient. Cuncta q̃ fiũt aducet deus in iudiciũ ⁊ ꝙ omñ errato siue bonũ siue malũ sit. Rogemus dñm vt det nobis ilꝛa q̃ cõtulit in primo aduentu ita ꝓtractare vt secũdũ aduentũ securi valeamus expectare. Amen.

In dedicatione altaris. Sermo. CCCXVII.

Altaria tua dñe virtutũ. Inuenimus in antiquis tpibus ⁊ quasi ab initio mundi altaria instituta fuisse ⁊ etiam dedicata. Altaria cũ fuerunt instituta ad offerendum deo. Et certe primi duo filij adam. abel ⁊ cayn. ceperũt oblationem facere deo de laboze suo. Abel obtulit de ꝓgenitis ouiũ suarũ ⁊ ponebat sup lapidem tanq̃ sup altare ⁊ linguis suppositis orabat q̃ ds acceptaret illud sacrificiũ. ⁊ statim ignis descẽdens de celo comburebat totũ. Uñ ibi dicitur q̃ respexit dñs ad abel ⁊ ad munera eius. Alia littera habet. in flamauit dñs munera eius. quia ex inflamatione perpendebat q̃ deus ad munera respexisset ipsa acceptando. Cayn qui erat auarus agricola offerebat de peioribus agri sui. reputans q̃ totum perditum esset q̃ ignis cõbureret. Et videns q̃ dñs nõ mittebat ignem sup oblationem suã ex inuidia occidit fratrem suũ Abel. uij. Noe cũ euasisset diluuiũ pro gratiarũactiõe fecit altare ⁊ sacrificauit de cunctis generibus pecudũ ⁊ auiũ que

pulcriores ⁊ mūdiores erant. ⁊ statim dñs misit ignē sup altare in signū ppiciationis. Un ꝑmisit noe ꝙ tale diluuiū nō veniret vltra sup terrā. Et h̄ ē qđ tā gr̄ē Gen. viij. Dorotus est dñs odore suauitatis. Abraam primus p̄riarcha quotiens apparebat ei dñs. totiens altare ꝑ grāz actiōe ꝟstruebat. Sic ysaac filiꝰ eius faciebat. ⁊ spāliter iacob filiꝰ ysaac cū fugeret frēm suū iacens nocte in campo suppositō lapide capiti suo in somnis vidit scalā de illo ꝉloco celos tangentē ⁊ angelos dei descendentes ⁊ ascendentes ⁊ dñm innixū scale multa sibi ꝑmittentē. Un mox euigilans dixit Vere locus ille a deo factus est. hic est domus dei ⁊ porta celi. Et tollēs lapidē quē suppositerat capiti suo fecit inde altare. fundens oleū desup. Et ex illo facto venit altaris ꝟsecratio. Un illa verba cantant̄ qñcūq altare ꝟsecrat̄ ⁊ oleo ꝑfundit̄ ad oñendū ꝙ ꝗuis vbiq; sit deus tñ ibi specialiter ꝟficit̄ in sacramento. Unde ⁊ sacramentū altaris vocat̄. qz nō debet confici nisi in altari ꝟsecrato. B Et licz a multis multa altaria in veteri testamento facta legamus. illis tñ omissis ad altaria xp̄ianoꝝ veniamus q̄ vere sunt altaria virtutū. de ꝟbus dicit ps̄. Altaria tua dñe vtutū. Sūt em̄ altaria paganoꝝ. ⁊ sūt altaria iudeoꝝ. ⁊ sunt altaria xp̄ianoꝝ Altaria paganoꝝ sunt altaria peccatorū ꝑpter idola q̄ ibi adorant̄. Altaria iudeoꝝ sunt altaria laboꝝ. qz ibi hostie cū labore offerebant̄ ⁊ imolabantur. Sz altaria xp̄ianoꝝ sunt altaria vtutū ꝑpt̄ virtuosa q̄ ibi fiūt. Ibi em̄ ipe xps sub sacro ptractatur. Pro tanto cantatur in ipsius ꝟsecratione. Vere dñs est in loco isto. Item dicunt̄ altaria vtutū qz ibi sanctoꝝ q̄ multis virtutibus claruerūt reliquie recondunt̄. quoꝝ veneratio impetrat sanitatē corpibus. ꝑspicuitatem tpalibus. gratiam peccatorib? Item dicunt̄ altaria virtutū ꝑpter virtuosa ⁊ sacra verba que ibi ꝑferuntur ⁊ maxime in missa. vicz deprecatoria. in oꝟone laudatoria. in cantus iubilatiōe. sacramentalia in ꝟsecratione. regratiatoria in ipsius cōmunione. Et hec oia vere sunt vtuosa. qz virtute eoꝝ anie a purgatorio liberant̄. venia penitentibus datur. iustis gratia augmentatur. perfectis celestis gloria cōfertur. Quā nobis ꝑstare dignetur.

Sermo Visitatoris CCCXVIII.

Descendi in ortum nucū vt viderem poma ꝗualiū ⁊ inspicerem si floruissent vinee ⁊ germinassent mala punica. Cañ. vj. A Sicut summo ꝑlato ad est xpo visitanti ecclesiam suā in incarnatione conuenit hec verba. sicut exponunt sancti sic etiaz ꝗuenit cuilibet vicario suo visitanti collegium sibi cōmissum. ⁊ circa hoc in ꝑmissis vbis pensanda sunt triaviczꝙ descendere cōuenit ꝑlato. Ortū esse conuenit subdito. Sed causa descēsus conuenit officio. vt viderem inquit poma conual. Debet autem ꝑlatus descendere tribus modis. videlicz per humiliationē. ⁊ sic descendit vt ministret. Unde Lu. xxij. dixit dñs. Ego aūt sum inter vos sicut ministrator. Ecc. iij Quanto maior es humilia te in omnibus. Et beatus augustinus dicit de ꝑlato. Timore coraz deo substrat? sit pedibus vestris. Item descendit per compassionem. ⁊ sic descendit vt medicus Exo. x. Vidi afflictionem populi mei ⁊ descendi liberare eū. Sic descenderat apostolus ad discipulos suos dicēs Lo. xij. Quis infirmatur ⁊ ego nō infirmor. Item descēdit per inquisitionē ⁊ sic descendit vt iudex Gen. xviij. Descendam ⁊ videbo verum clamorē opē cōplcuerint. Ubi dicit glosa qui omnia nouit hoc nobis i exemplū reliquit. q. d. dñs maxime iudicibus. Mala nō ante credere debetis ꝙ ꝑbetis. Judex em̄ nō debet ꝑm dispositionem vel opinionem iudicare sed ꝑm ꝑbatam veritatē

ps. Juste iudicate filij hoīm. B
Bcōm. s. ortū ꝙuenit eē collegio. Felix collegiū qō digne pōt dici ortus. Talis eñ ortus tria hz cōmendabilia. Et pmo est ꝯclusus p̄ sensuū custodiā Cañ. iij. Ortus ꝯclusus soror mea. Item ē irriguus p̄ lacrimarū frequentiā Esa. lviij. Eris quasi ortus irriguus. ps. Lacrimis meis stratū meū rigabo. Item fructiferus p̄ bonoꝝ opeꝝ abundantiā Cañ. v. Veniat dilectus meus in ortū suū vt comedat fructum pomoꝝ suoꝝ. Sed heu triplicem differentiā ortoꝝ legimus. vicz ortū olerum respectu tpalium Re. xxj. Item ortū spinaꝝ respectu viciorū. Prouer. Per agrū. Itē ortū plantationū respectu virtutuꝫ Eccē. xxiiij. Rigabo ortū plantationū. Tale debet esse collegiū bonū. Sed infelix illud collegiū qō cū debz esse ortus plantationū virtutū cū naboth vineam spū alis ꝯsolationis ꝙuertit in ortū oleruꝫ qz cū ꝓpter spiritualia intrauerūt religionem plus curant de tpalibus tanꝯ de oleribus. Et certe iuxta ps. tāꝯ olera herbaꝝ cito decident. Et qō pcius ē de ortu plantationū factū ortū spinarū. qz cum deberent de virtute in virtutem in collegio vel claustro ꝓficere. cadunt de peccato in peccatū. E Et certe p̄latus vel visitator ad hoc debet intēdere cū Hieremia. ppha. vt euellat destruat. edificz. t plantet. Euellat olera. destruat vicia. edificet vtutes. t plāntet bona opa. Hoc ꝙuenit p̄lato ex officio. Unde moꝝ subdit de ipsius officio vt viderem poma ꝙualiū. t inspicerez si floruissent vinee t germinassent mala punica. Et ranguñ in pmissis tria que p̄latus vel visitator debet videre t inquirere. vicz vitam. famā. t fructum. Primo g̃ videat que vita vel opa. ꝓ quo dicit. vt viderem po. ꝙual. Poma eñ bona opa ꝓpter sapoꝛē. nō solū eñ homim ꝓ ipsi deo sapiūt. Unde dicit. fidelis aia Cañ. v. Veniat dilectus me? in ortum suū vt comedat fructū pomorū suoꝝ. Sed pensandum q̄ bona opa dicūt in pmissis verbis poma ꝙualiū. qz q̄ sine humilitate ceteras vtutes cōgregat q̄si qui puluerē in ventū portat. Unde notandū q̄ laudant poma ꝙualium. sicut hic. Itē lylia ꝙualiū. Cañ. ij. Ego flos campi t lylia ꝙualiū. Itē fontes ꝙuallium. ps. Qui emittis fontes in cōuallib? Necessaria ē eñ hūilitas t strenuis in operando. t castis in viuendo. t deuotis in orando. Secūdo debet videre que fama. t sequitur t inspicerē si floruissent vinee. Vinee sūt patres antiqui. flores vineaꝝ sunt statuta t exempla patꝝ. quoꝝ odor infirmos recreat sanos delecta. ꝑ serpentes id est emulos fugat Eccē. xxiiij. dicit fidelis aia. Ego quasi vitis fructificaui suauitatem odoris. Tercio debet videre q̄s fructus. Uñ sequit. Si germinassent mala punica. Felix germen ex quo ꝙuenit laudabilis fructus. aut in successione filioꝝ Eccē. xxv. Beatus hō qui iocundat in filijs. Aut in ꝙuersiōe peccatoꝝ Jac. vlt. Qui conuerti fecerit peccatorem ab errore vie sue saluabit aiam suam. Aut in extirpatione hereticoꝝ. Hiere. j. Ut euellas t destruas et disperdas t dissipes.

De eodem.

Dilectus meus descendit in ortum suum ad areolam aromatum vt pascat in ortis t lylia colligat. Hunc ꝓmonē require in annūciatione sancte marie.

De eodem.

Simon iohannis diligis me plus his. De hoc require in festo beati petri apli.

De eodem.

Sint lūbi vestri p̄cincti. De hoc require sermonem in festo sancti augustini.

De eodem.

Uge serue bone et fidelis. De hoc reḡre sermonē in festo sancti martini.

Sermo i sinodo. CCCXIX

Vos estis genꝰ electū. regale sacerdotiū. gēs sancta. ppl'us acq̄sitionis. j. Pe. ij.

Beatus petrꝰ princeps apl'orꝫ ꝓplatoꝫ. vicariꝫ suis ip̄m imitantibꝰ scripsit p̄missa v̄ba ipsos cōmēdabiles ostendens in trib⁹. vicz in officij dignitate. cū dicit. Regale sacerdotiū. In vite puritate. cū subdit. gens sancta. In subditorū vtilitate. cū addit. ppl'us acq̄sitionis. Et quia p̄sens ꝯgregatio ex pastoribus ouiū t̄ plātis ecclesiaꝫ quī sunt vicarij beati petri ꝯsistit. merito t̄ p̄missa v̄ba de vobis dici p̄nt. Vos estis genꝰ electū. regale sacerdotiū. gēs scā. ppl'us acquisitionis. Predicta enim tria q̄ illos plātos cōmēdabiles reddūt sunt t̄ modernis plātis necessaria. vt vicz sit in eis officij dignitas. vite puritas t̄ subditoꝫ vtilitas. Magnum est primū p̄ se. s. officij dignitas. cū secundo. s. cū vite puritate maiꝰ. sed maximū cum tercio. s. cū p̄morū vtilitate. Hec tria si rite habeāt. tota vita clericalis habeāt. et vnū si sine altero habeāt certa dānatio incurrit. Bꝫ pēsandū q̄ elegāter primū. s. officiū dignitatē innuit. Vos inquid regale sacerdotium. non em̄ soiū dicit sacerdotiū. sed addit regale. qz carissimi olim in veteri testamēto sacerdotes regibꝰ subiacebāt. sicut patet tpe dauid t̄ salomonis sed postq̄ christus fecit nos regnū t̄ sacerdotes. dicit modernuꝫ regale sacerdotium. qz reges t̄ principes modo sacerdotali dignitati nō dedignant̄ subiacere. Nec mirum. esse em̄ sacerdotes modernos sup oēs hoīes. ipsa noīs ethimologia oñdit. Sacerdos em̄ ꝺr quasi sacra dans. Dat em̄ sacruꝫ sacerdos p̄ deo. s. bone vite exemplū. dat sacrū de deo. s. p̄dicationē. dat sacꝝ deo. scz oratione. dat sacrū dei. s. eucharistiam. hoc est corpus dñi. qz tacitis alijs ꝓpter hoc vltimū. s. eucharistiā maiꝰ videt angelis. qz ꝓficere corpus dñi nō est cōcessum angelis sed solis sacerdotibus. Magna g̃ officij dignitas regale sacerdotiū. Sed videte carissimi qz anteq̄ dicat regale sacerdotiū p̄mittit genus electum vt ostendat. q̄ ad tā tam officij dignitatez nemo debet accedere nisi p diuinā electionē vt sit de illis de quibus dñs in Jo. Ego vos elegi. Et Quales aūt ab ipso eligant̄ subsequent̄ ostēdit petrꝰ. cū dicit. gens scā. ppl'us acq̄sitionis. Tales em̄ eligit de us ad officij dignitatē q̄ habeant vite puritatē t̄ querāt subditorū vtilitatez. Tantū em̄ est primū qō nisi duobꝰ subsequētibꝰ q̄si duobꝰ pedibus sustentet demergit in p̄fundum. Vñ pleriq̄ sanctoꝫ quantūcūq̄ puritatē vite habuerunt et p̄morꝫ vtilitatē quesierūt. ad primū. s. ad officij dignitatē expauescebant accedere. sicut legimus inter ceteros de beato Marco. q̄ fuit in vita purissimus et in p̄morū vtilitate p̄ p̄dicationē euāgelij feruentissimꝰ. cū ad officij dignitatē indignū se reputans. ne ad sacerdotiū p̄mouerē policem sibi amputauit. Ecce q̄ tum modo a talibꝰ patristꝰ discrepam⁹. Ipsi em̄ duo vltima bñtes. s. vite puritatē. t̄ p̄morꝫ vtilitatē. ad primū. s. ad officij dignitatem timebāt accedere. Vō vo pleriq̄ a duobꝰ vltimis. s. a vite puritate t̄ p̄morꝫ vtilitate lōge distātes. ad primuꝫ hoc est ad officij dignitatē pene oēs anhelamus. alij vellemꝰ esse epi. alij sacerdotes. alij p̄positi. alij decani. alij quelescunq̄ parrochiani. Et qz tales indignos se sciūt vt sint genus electū a domino. hoc est vt eligant̄ a domino ad regale sacerdotiū ceca cupiditate seducti. nō curant qualiter officij dignitatē siue in ordinibꝰ. siue in bñficijs intrāt

diabolica simonia ipsos iuuãte. Qui dã cũ intrant in officij dignitatẽ sicut petrus in atriuz sacerdotis p ancillã. i. p carnẽ ⁊ sanguinez. quibus ysa. He qui edificatis syõ in sanguinib⁹. Qui dam vo vsurpãt potestate vt rex ozias in paral'. Quidam vo emũt sicut yaso ab antiocho Mach. Et si placet pseq̃ re de triplici munere. scz. a manu. a lingua. ⁊ ab obsequio. q̃bus trib⁹ modis modo frequẽter simonia' ꝑmittit. Bo ni vo qui sunt genus electũ. tanq̃ sol p vitrum. et tanq̃ dñs tanuis clausis intrant officij dignitatẽ. q; sine oĩi lesione et corruptiõe violẽta siue fraudulẽta intrant ad regale sacerdotium. Nec mirũ. Sunt cũ gens sancta. i. munda q̃tum ad vite puritatẽ quã exercent in castitate ⁊ sobrietate. que duo maxime vitã hoĩs purã reddũt. Cũ q; plati nostri ꝓpter officij dignitatẽ puriozes debent esse alijs. ad castitatẽ ⁊ sobrietatẽ maxime stringit ecclesia ipsos. intantũ vt ẽm decreta sanctoz̃. presbiter si semel fornicatus fuerit debet deponi. vl' si penitere vult decẽm pnia debet artari in hũc modũ. Primis duob⁹ annis debet ieunare in pane et aqua ꝓtinue ꝓter dñicaz diẽ. deinde tres dies in pane ⁊ aqua ꝓtinue vsq̃ ad septimuz annũ. ⁊ tũc primo ad officiũ debet reuocari. Post vsq̃ ad decimũ annũ in pane ⁊ aqua sexta feria sine remedio. ẽm hoc plerisq̃ sacerdotes si penitereẽt vix vnq̃ de carnibus gustareẽt. Et si tanta est pena ꝓ vna fornicatione. o q̃ pauci sunt q̃ non dico vna fornicatõe vl' vna mulierc sunt cõtenti. imo quot etates in plerisq̃ tot vxores. Prima cũ repudiata. secũda mortua ⁊ tercia. quartaz supducũt ⁊ q̃ntã. ⁊ sic a iuuẽtute ⁊ vsq̃ in senectã ⁊ senium petiozes sunt laicis Cõputruerũt cũ ẽm ꝓpbam iumẽta in stercore suo. Jumenta dicunt quasi iuuamenta ⁊ denotant sacerdotes qui alios debcrent iuuare vt exirẽt de fecibus suis. Sed heu ipsa iumenta, cõputruerunt in fecib⁹ suis. habẽtes q̃sdam allegationes dicẽtes zacharĩ patrem iohannis baptiste fuisse sacerdotẽ et cũ deo acceptũ. Verũ quidẽ dicũt. quia sacerdotibus veteris legis fuit pmissum nobis ex statuto ecclesie, phibitum. nec mirũ. q; quantũ distat ortus ab occidẽte tantũ distat sacerdotiuz nostrũ ab illo. Ipsi cũ fuerunt vmbra. nos veritas. ipsoz officiũ fuit iugulare capras occidere hircos. ⁊ ẽm hoc potius possent dici carnifices q̃ sacerdotes. hoc cũ nostri faciũt carnifices. Sed nũ sacerdotes tam non cum capris circuunt vel hyrcis. sed cũ filio dei quẽ oficiũt. quod q̃ magnũ sit testat' iohannes baptista. Qui in vtero sanctificat⁹. in deserto nutritus. non audet sanctum dei verticẽ tãgere. sed clamabat cũ tremore. san. m. sal. Nos vo qui nõ semel eũ tangimus sed frequenter cõficimus ⁊ tractamus ad quantã puritatẽ debere mus laborare ⁊ vt melius simus castꝰ necesse est vt simus sobrij. Dicit cũ salomõ. luxuriosa res est vinũ ⁊ tumultuosa ebrietas. Et Hiero. dicit. vbi ebrietas ibi libido dominat ⁊ feruoz ⁊ mẽtis alienationẽ inducit. vnde q; sacerdotes nostri debẽt esse casti ⁊ puigiles ex p̃cepto ecclesie tenenť esse sobrij. alioquin. si ammoniti nolunt resipiscere. debẽt deponi. O quot essent si sententia seruaretur deponendi. hic quãtum placet loquere de ebrietate. ✠ Et non solum debent esse gens sancta q̃tum ad vite puritatem. sed etiaz populus acquisitionis q̃tum ad subditoruz vtilitatem. Non enim sufficit officij dignitas cum sanctitate. nisi assit et subditorum vtilitas. Unde Ezech. xxxiij. malis prelatis dicitur. Ue pastoribus israel. et post. quod perierat requiram Sed notandum. q̃ licet magna sit dignitas prelatorum. tamen dominus frequenter ipsos pastores vocat. quia ad modum pastorum se debent habere. Pastor enim nitorem et superfluitatem vestium contemnit. sic prelatus debet facere, Adapta de decretalibus.

Sermo in sinodo.

Pascua vberrima pro ouibus qrit. canes. i. pdicatores ppter lupos secū assumit. nec estu. nec gelu deficit. Adapta. Talis pastor est de pplo acqsitōis. vtilis est cm gregi suo explū honeste cōuersatōis ostendēdo. Pabulū pdicatōis impendēdo. suffragia deuote orationis exhibēdo. tpalis sustentationis subsidiū nō negādo. Sed mal⁹ pastor qnō est de pplo acquisitōis. sed de populo pditionis his omnibus facit contrariū. debilibus cm ouib⁹. i. paupib⁹ tpale subsidiū nō impendit. sed totum cū turpib⁹ psonis expendit. non attendēs miser q de primordio crucifixi redderet rationē vsq ad nouissimū qdrantē Suffragia etiā orationis modica sunt quia totū furando et sincopando psallit. Exemplo etiam male cōuersatōis multos puertit. Pabulū etiaz predicationis gregi suo nō infundit. t hoc qz ipse parū sciat. nec mirū. tales cm plus circuūt in curijs regū. q cū libris legū Plus intendūt salmonī q salomoni. plus placet ludere cū scaco t matto. q cū matthēo. plus loquunt demarca q de marco. plus fabulant de lucro q de luca. pl⁹ amplectunt iohannā q iohannē. Mercenarij sunt qz merces tpales tm tractare sunt instructi. Mercenarij dico qz mercede terrena ad bona q faciunt sunt inducti. Sed tales pastores quid faciēt cū visitare ceperit de⁹. Tpe cm visitatōis pm tria pmissa triplices dns faciet questionē. tunc cm quereť a quolibet plato Quō intrasti. fuisti genus electū ad regale sacerdotiū. Quō vixisti. fuisti gens sancta. Quō rexisti. fuisti ne pplus acquisitōis. Prima erit amice quō huc intrasti in officij dignitatem. Math. xxj. Et quis te huc itroduxit nūmus vel christus. Ad quid venisti ad onus vel ad honores. p quam intrasti portā. intrasti p portam caritatis vel cupiditatis. Egō cm sum hostium Jo. x. Si p me intrasses ego te scirem. sed tu nō habes vestē nuptialem. scz caritatē. qz nō amor dei vel pximi te introduxit. At ille obmutuit. nec sequitur aliud nisi. ejcite eū in tenebras exteriores. Secūda questio erit quō vixisti. sicut christus aut sicut rustic⁹. sicut hō aut sicut equus. sicut pastor aut sic pecus. zach. xj. O pastor t idolū. Tercia erit questio. quō rexisti. in quib⁹ pascuis gregē meuz pauisti. quō a lupis t a latronibus custodisti. male. qz ipse lupus t latro fuisti. vbi est grex qui dat⁹ est tibi. pecus inclitū tuum Hiere. xiij. Et respondet ipse dns. l. ciusdē. Grex pditus factus est pplus meus. pastores seduxerūt eū. Tales pastores non sunt pplus acquisitionis sed pditionis. O q durū erit qn verus ioseph. i. christus dicet illud Gen. xlij. Nō videbitis faciē meā nisi adduxeritis fratrē vestrū minimū. vsq cm ad minimū oportz respondere qn greges trāsibūt ad manū numerantis. Hiere. xxxiij. Qn Greg. Ponam⁹ añ oculos cordis tāte discretionis diē in quo iudex veniet et rationē cum seruis suis ponet. In illo tanto examine electoz pariter t reproboz multitudo videbit. qn op⁹ vnuscuiusq q bō opatus est. ostendet. Ibi petrus cū iudea quā post se traxit apparebit. Ibi paulus apparebit quersum mundū. vt ita dicam. ducēs. Ibi Andreas achayam. Ibi iohannes asyam. Thomas indiā in cōspectu sui iudicis quersam adducet. Ibi oēs dñici gregis pastores cū animaz lucris apparebunt. Cū q tot pastores cū gregib⁹ suis añ eterni pastoris oculos venerint. quid nos dicturi sum⁹ qui ad dñm nīm post negociationē vacui redim⁹. qui pastoris nomē habuim⁹ t oues qs oīdere debebamus nō habebim⁹. Vbi est diē dns grex tu⁹. pec⁹ inclitū. Proinde fratres mō pparemur vt meli⁹ ad pdictas tres qstiones respōdeam⁹. vt. s. rite ad officij dignitatē veniamus. in puritate sancte vite vtuamus. t subditoz vtilitati intendamus.

De eodem.

Sermo. CCCXX.

Legit Judas sacerdotes sine macula ⁊ mundauerūt sancta. Math. Quales debeant esse plati ⁊ pastores aiax in pmissis verbis ostēdit. vbi a tribus pmendant. vicz ab officij dignitate. cū dicuntur sacerdotes. a vite sanctitate. cum dicit sine macula. ab officij vtilitate. cum dicit. et mūdauerunt sancta. Et postea ꝓcedas sup his tribus sicut habes in precedenti sermone qui incipit. Vos estis genus electum.

¶ In synodo.

Sermo. CCCXXI.

Pastor bonus animā suā dat p ouib⁹ suis. Joh. x. Verus pastor scilicet christ⁹ fecit ꝯ docuit. Posuit em̄ animā suā p ouibus suis. ad idez vicarios suos. qz omnes platos imitans per pmissa verba. In quibus tria tangit. vt delicet prelatoꝝ officiū. statū. ⁊ fructuz. Et ꝯdem officiū innuit in designatōne humilitatis. cum dicit ¶ Pastor. Statū in designatione sanctitatis. cū dicit. bonus. Sed fructū in designatione vtilitatis. cū dicit. dat animā suā p ouibus suis. ¶ Quantū ꝯ ad primū notandū ꝙ licet platoꝝ officiū sit maxime dignitatis. tm illud noīe pastoris ⁊ in se ⁊ in alijs designauit. In se dicens Joh. x. Ego sum pastor bon⁹. In vicarijs suis cum in pmissis verbis dicit. ¶ Pastor bonus animā suā dat p ouibus suis. Sūma em̄ humilitas fuit ꝙ rex regum ⁊ dñs dñantū non dixit. Ego sum impator omniū sed pastor ouiū. Sed et pastores fuerūt ceteris antiquiores vt abel. Sanctiores vt patriarche. Sapientiores vt moyses et pphete. Excellētiores vt dauid. Christus vō cum esset princeps pastoꝝ. sicut dicit ¶ Petrus. v. quia omnibus sanctior. sapiētior ⁊ excellētior. ad modū tm̄ boni pastoris humilitatē ostendit in sufferentia paupertatis ⁊ asperitatis. ⁊ in diligētia oues q̄rendi. nō solū in hoc mūdo sed etiā in inferno. vbi a lupis infernalib⁹ deportate fuerant. et sicut dicit in Jo. xij. Nemo ex eis periit nisi filius pditiōis qui volūtarie lupū in se intromisit. quādo intrauit sathanas in cor iude. ꝙ ipsum ad alios lupos infernales irrecupabiliter deportauit. ¶ Imitandus ꝯ est princeps pastoꝝ in officio pastoris. a vicarijs suis ꝗbus curam animaruz cōmisit. vt sez sint veri pastores. Et ponit ꝙtuor in euangelio dñs que ad verū pastorē ptinent. Ad verū quidē pastorē ptinet p hostiū intrare. i. p christū qui dicit Jo. x. Ego sum hostiū. p me si quis introierit saluabit. Huic em̄ hostiarius. i. spūssanctus aperit. Sed heu multi sunt qui p hostiariā intrāt. i. per carnē ⁊ sanguinē. vel p potentiā vel p simoniā. Sed certe p hostiariā petrus intrauit in atriū sacerdotis. quod designat ecclesiaz. ⁊ dñm negauit. qz talis nunq̄ bñ faciet in ecclesia quā male intrauit. Quod etiā ostēdit dñs Joh. x. Qui inq̄t nō intrat p hostiū. sed ascendit aliūde. ille fur est et latro. Quia talis non est pastor sed raptor. Fur non venit nisi vt furet̄ et mactet ⁊ perdat. sicut ibidem dicit dñs. ¶ Secundū est ꝙ debet oues cognoscere. Hū dicit dominus. Vocat eas nomiatim. Hoc est signū magne et diligentis cognitiōis. Sic et cognoscebat christus. qui dixit. Et cognosco meas. s. oues. Ad hāc cognitionē monet salomō ¶ Prouer. xxvij. Diligenter agnosce vultū pecoris tui Sed heu multos ꝗdem inuenimus ꝙ cognoscūt diligentius vultū pecoꝝ bestiaꝝ ꝙ vultum hominū ouiū suarum. Gaudet ꝗdem de magna cura animarū. sed minus curant de multis milib⁹ animaꝝ quas christ⁹ pretioso sanguie suo emit. quaz de paucis bestijs ⁊ grege capiaꝝ. ¶ Tercio debet eas p bone cōuersatiōis exemplū ꝓcedere. Hū dicit

ibidem dñs. Ante eas vadit ꝛ oues cū sequunt. Unde ꝛp̄s biter dr quasi alijs p̄bens iter. et certe si male vadit. male ipm oues sequunt. Quia sicut dic̄ gregorius in pastorali. Cum pastor per abrupta gradit. necesse est vt grex in p̄cipitium ferat. Impune cm̄ credunt se subditi peccare cū suos p̄latos vident consimilia facere. Unde coꝑqrit dñs Hiere. Brexpditus factus est ppl̄us meus. pastores eoꝝ seduxerūt eos. ꝛ fecerunt eos vagari in mōtib⁹. In eodem. vij. Propter iniquitates sacerdotū errauerunt ceci in plateis. Quarto debet eas spūaliter et coꝝaliter si necesse fuerit pascere. Pro tanto dñs dicit ibidem. Et pascua inueniet. Uñ ꝛ primo vicario suo dixit Joh. xxj. Pasce oues meas. Sed ecce mō videmus quod cū dolore referimus. p̄latos pax paupib⁹ ministrare. sed p suis delicijs totuz expendere. Quib⁹ dicit dñs Eze. xxxiij. De pastoribus q̄ pascebāt semetipsos Nonne greges pascunt a pastoribus Lac comedebatis ꝛ lanis operiebamini. ꝛ subdit. gregē aūt meū non pascebatis. Sic g̃ primo debet esse pastor ꝑtum ad officiū. Secō dz esse bonus ꝑtum ad statū. Justū em̄ est vt debeat esse imaculatus p quē ꝓficētes ꝛ penitētes scificari sperant ꝛ querūt. Sicut em̄ nō debet eligi rex nisi iustus. sic nec sacerdos nisi sanctus. Quē scitatis statū imuit dñs. cū dicit. Pastor bonus. Bon⁹ em̄ ē sicut dicit ysidorus. cui nō p̄ualet malū. Et certe p̄lato si bonus vult esse nō dz p̄ualere malū. nec malū pene nec malū culpe. qz p fide vel pro grege si necesse fuerit debet se exaduerso tanq̄ murus opponere nec aliquod malū pene ptimescere. Sic non p̄ualebat malū pene illi bono pastori paulo q̄ postq̄ enūcrauit tribulationē. famē. nuditatē. gladiū. ꝛ diuersas penas. subdidit. sed in his oīb⁹ supam⁹. i. supiores penis efficimur.. Talis etiam erat dauid q̄ dicebat. Si consistant aduersum me mala non timebit coꝝ meū. Debet etiam p̄ualere malo culpe quod triplex est. videlicz luxuria. superbia. ꝛ auaricia. ex quo triplici malo oīa alia peccata p̄cedūt. sicut dicit Jo. in canonica Omne qđ est in mūdo. aut est cōcupiscētia carnis. aut cōcupiscētia oculorū. aut superbia vite. Et licet huic triplici malo oēs hoīes debeant p̄ualere. maxime tñ p̄lati ꝛ sacerdotes. Q⁹ sicut dicit beatus petrus ipsi p ceteris sunt ge nus electū. Qā de⁹ eligit iudeos ex gētibus. ꝛ christianos de iudeis. clericos de christianis. ꝛ sacerdotes de clericis. Sed quos sic elegit ꝛ p̄elegit vt cēnt sancti ꝛ imaculati in cōspectu ei⁹. p ceteris p̄dicto triplici malo inueniunt cōtaminari. scz luxuria. auaricia. et superbia. Quod bñ ostendit. j. Regū. ij. i filijs hely. qui erāt sacerdotes. Dicit em̄ de ipsis inter oēs alios q̄ erāt filij belial. i. sine iugo. Quia nulli patiuntur subesse ꝛ qđ peius ē nec ipsi deo. Unō sequit. Nescientes dñm. i. nō curātes rapiebāt ꝛ tollebāt vi alioꝝ hominū oblationes. Ubi notat auaricia. quod multū hodierna die viget in sacerdotibus quod patz in pluralitate missaꝝ q̄s cāntant ꝓpter oblatiōes. Jtē in mercationibus coꝝ. Item in fictionibus relicq̄rū ꝛ nouoꝝ sanctoꝝ. et in plurib⁹ aliis Et sequitur ibi q̄ dormiebant cū mulieribus ad hostiū tabernaculi Ubi innuit luxuria. Quod heu vsq; hodie videmus. Non enim sufficit ipsis in domibus peccare. nisi etiā peccent ad hostiū tabernaculi inclusas q̄ sunt circa hostia ecclesie coꝝrūpendo. Et q̄d dicemus de illis sceleratissimis q̄ non solū ad hostia ecclesie sed intra ipsaz eccle siā vbi coꝝp⁹ christi p̄sens ē faciūt scelera multa. O quantū ꝓqrit dñs de tali facto. Hiere. xj. dicēs. Quid est q̄ dilectus meus in domo mea facit scelera multa. Sed certe sicut dr ysa. xxvj. Q⁹ in terra sanctoꝝ iniq̄ gessit. nō videbit gloriam domini. Certe si aduerit magnū incurrit damnum. Ad Tercio ostendit dominus vtilitatis fructum.

cū dicit. Dat aiam suā p ouibus suis. id est vitā suā. Bonus em̄ pastor totā vitā suā ponit in fructu ouiū suaꝝ vicz docēdo. obstetricādo. medēdo. aduersitatibus ꝛ etiā morti exp̄nēdo. ¶ Primo g̃ sit vtilis docēdo. vt postm̄ a subditis tanq̄ grauis infirmitas ꝓgnoscatur. Un̄ dr Leui. xv. de sacerdotib⁹. q̄ ipsi debent docere filios israel vt caueant imundicias. ꝛ nō moriant̄ in sordibus suis. De doctori q̄ nihil scit. et curā aiaꝝ suscipiens. spondet ipsas informare. et semp infatuant̄ ꝛ peiores fiūt in scolis suis. Et quō p̄t docere de arte artiū que est cura aniaꝝ q̄ nec nouit nomina libroꝝ. q̄ nunq̄ legit bibliam nec scripta sanctoꝝ. nec etiā vitas corū Et quidam primo curā recipiūt. post ad scolas vadunt. Tales sunt illi sīles q̄ postq̄ promisisset aliquos vltra mare ducere. ꝛ in naui posuisset. diceret eis. expectate ego volo prius pisius ire. et ibi discere q̄liter vos trāsducā. ¶ Item postq̄ docuit morbū cognoscere. vtilis deb⁹ esse obstetricādo. q̄ obstetricāte manu educit̄ coluber tortuosus. sic dr Job. xxvj. Sed certe dr Exod. j. q̄ hebree mulieres obstetricādi. hñt scientiā De mulieres sunt sacerdotes ꝓpter familiaritatē. q̄ ipsis in ꝓfessione sic̄ obstetricabus secretissima reuelant̄. Secō ꝓpter lenitatē ꝓtractādi et educēdi ptū tenellū. Tercio ꝓpter ꝓpassiōis dulcedinē. Cautissime g̃ ꝛ familiarissime et lenissime educere debet p cōfessionem mōstra petōꝝ. ¶ Itē post eductionem debet esse vtilis medēdo. Debet em̄ tanq̄ medicus diuersitatē noscere pulsuū id ē motuū cordis. vtq̄ s. penitēs habeat validū et fortē ꝓpositū cauere a peccato. Si fortis est in eo calor caritatis an debilis Si sudor lacrimaꝝ multus aut paucus. Si vniuersalis. i. oia mēbra rigans. vt s. p oim mēbroꝝ peccatis lugeat. Debet etiam inuitare egrū ad spūalē cibū vt cū appetitu recipiat De medicis impiis q̄ multas in curaꝝ sias recipiūt ꝛ ipsas nō viuificant sed occidūt. Talib⁹ dicit dñs Ezech. xxxiiij Quod infirmū fuit nō ꝓsolidastis. quod egrotum nō sanastis ꝛc. ¶ Itē post sanationē debet esse vtilis se aduersitatibus ꝛ etiā morti exponēdo. Ꝓpter quo dicit hic. Dat aiam suā p ouibus suis O deus iacob p gregib⁹ pecudū tantis aduersitatibus se exposuit sicut ipe ꝓquerit Ben. xxxj. dicēs. Die noctuq̄ estu vrebar ꝛ gelu. fugiebatq̄ somnus ab oculis meis. quanto magis ꝑlatus debet se exponere ꝓ gregibus animarū suaꝝ. Felices pastores q̄ sic sunt vigilātes sup gregē suū. q̄ eo q̄ bñ p̄sūt duplici honore digni sūt. q̄d innuit in p̄dictis pastoribus. q̄ nō solum angelos. vez etiā ip̄m deū videre meruerūt. Ad cui⁹ visionē pducamur. Amen.

De eodem.

Erat puer un⁹ hic hñs q̄nq̄ panes ordeaceos et duos pisces. De hoc inuenies sermonez in media. xl. dñica ōrta.

Beatus es Simō bariona. De hoc reqre sermonē in festo bti Petri apli.

Dolem in potestatē dici. lunā et stellas in potestatē noctis. De hoc reqre sermonē in festo apl̄oꝝ petri ꝛ pauli.

Christus assistēs pontifex futuroꝝ bonoꝝ. De hoc require in dominica passionis.

Expliciunt sermones

de sanctis. fratris Martini ordinis p̄dicatoꝝ penitētiarij dñi pape.

Incipit promptuariū exemplorū.

Exempla de timore dñi.

Capm̄. I.

QUidam pater familias bñ se torquebat. de quo in vitis patrū dr. q cū seruare nō moriturus circa mediū noctē surgens terruit dōs q aderant vadens ad ecclīaz dco gr̄as agēs res suas in tres ptes diuidens. vnā vxori relinquēs. aliam filijs. tertiā p dco dī stribuens. Hic fugit ad heremū. cellam faciens iuxta fluuiū gelatū. t vestitus se balneabat. t egrediens vestimenta sinebat gelari ad carnē. postea in balneū calidissimū intrabat. t hoc sustinebat successiue q̄tū poterat vsq; ad mortem. Et cū de his t de alijs a spectantibus argueret dicebat. si didicissetis q̄ vidi. eadē vl̄ ampliora mecū faceretis Et referebat q in exitu suo a cope. vir lucidus duxit eū gtra ortū solis. vsq; ad vallē infinite magnitudinis. cuius vnū latus plenū erat flāmis feruentibus. aliud gelu t furenti grandine. t erant ipsa latera plena aīabus. q̄ cū nō possent sustinere ignis vehementiā. transibant ad gelu. vel ecōuerso. Post durit eū ad tenebras densissimas. post dispariit ibi. t vidit globos ignīū de barathro ascendentiū. vñ ascendentes t remanentes hoies ignitos ad modū faville. t fetorē sensit inde exalantē intolerabilem. t fletū audiuit t eiulatū incōparabilē. t terribilēs. demōes. forcipes igneos t fuscinulas tenentes t eū capere volentes. t pjcere in fornacē. Tūc is q eū dimiserat apparuit ei in medijs tenebris q̄si stella. inhibens demonibus ne eū tangerent. q; iuder p̄ceperit eum reduci ad corpus. vbi si vellet penitentiā ageret. quē postq̄ durit ad loca rec̄ ei. reduxit eū ad corp̄. Quidā sctūs abbas cū esset exercitatus dicebat. Gr̄as ago deo q vindicauit me de aduersario meo. q tot mihi mala solebat facere p istos duos pditores t raptores s. oculos quos destruxit. Treñ. Oculus meus depdatus est aiam meā. Et cū q̄dam rex cōminaret cuidā pbo. respondit. O rex ptātem tuā nō oportet me timere. nō pteritā. q; illa tā nō est. nec erit. nō p̄sentem. q; momentanea si ē statim nō est. nō futurā. q; illa nō dū est t dubiū est vtr̄ erit. Vnde btūs hylarius pictauien. rīdens leoni pape arriano. rome in gcilio. cōmanti ei p hoc q stabat p fide. sic. Cū veneno gtundā supbiā tuā. rīdit. Et si nō veneri. Qui secedēs ad priuatā camerā subito mortuus est. Dicit q tres milites cōdixerūt adiuicē q q̄rerent fortunā. que dr fortune auenture. Et cū ingrederent ciuitatē q̄ndam. dictū est eis q nō erat ibi nisi tria hospicia. in vno equi bñ p̄curabant. t equites fame morieban. In alio erat ecōuerso. In tercio autez equi t equites bñ. ß vir erat q̄n in exitu eques bñ ȳberare. Tres g̃ tria hospicia acceperūt. t inuenerūt vt eis dictū fuerat. tercio excepto q nō fuit ȳberatus. Et cū quereret cām g̃re nō fuerat ȳberatus. dictū est ei q dño domus bñ obediens in oīibus fuerat. Ciuitas ē mūdus. in quo sunt tres hospites. q̄dā sunt q nimiā curā gerunt de equo pcurando. neglecto milite. equus corpus. miles aīa siue spūs. De his Job. xxxij Obliuiscat eius mia dei. q sterilem scz carnē pauit. t vidue. i. anie nō bñ fecit. Alij sunt q indiscrete oīno corpus attendūt. t spūs vel spūalium curā tantū gerūt. Tercij sūt q vtriq; discrete intendūt t vtr̄ oīa deo obediūt. hi sine flagello cum recedūt a mūdo ptranseūt. Et legit in vitis patrū. q cū q̄dam monachus penetrasset interiorē heremū. inuenit paruū tugurīū. t intus hoiez nudū orantez. q post plura ȳba dixit ei q fuerat ep̄s t tpe pscutiōis timore mortis sacrificaucrat ydolis p̄ dolore tortū

tor. ⁊ q̄ fugerat ad solitudinē illam in qua fuerat solus p̄ octuaginta annos. viuens de fructu palme cuiusdā. que ferebat fructus p̄ menses singulos. ⁊ de aqua fontis p̄ iuncti bibens. Et cum p̄ seuerasset ibi tanto tempe in penitentia ⁊ oīone non receperat consolationem a dño sue salutis. nisi anno illo vltimo Quo orante facies ei⁹ fit vt ignis. Alium timentē consolat. rogans vt eū sepeliat. Quo mortuo ⁊ sepulto. tugurū statim cecidit. fons defecit. palma aruit

¶ Cum q̄dam scolaris videret parisius mori valde penitēs ⁊ cōpunctus apparuit post mortē magistro suo habens capam de cedulis p̄scriptā diuersis sophismatibus. Et cū quereret magister eius qualiter ei esset. respondit q̄ capa ista pulsponderaret ei q̄ aliqua turris de mundo. ⁊ q̄ intus incompabiliter ureret. Et dū alius diceret quō hoc. cū ita cōpunctus mori visus esset. ait q̄ ille lachryme plus ex timore mortis ⁊ gehenne p̄cesserant. q̄ ex amore dei vel ex amissione eius. Et cū diceret magister q̄ non videret sic pati. extendit ille manū suā. ⁊ vnam guttam sudoris sui p̄iecit sup manū eius. que statim perforata est. ⁊ ipse euanuit. Tunc iste dicens. Vsquo coarctaris. cra coruis. vanaq̄ vanis. Ad logicam pergo qui mortis nō timet ergo. apud claraz vallem vadens. vt audiui. ibi habitū religionis sumpsit. ⁊ arta pnia se ibi afflixit. ¶ Quidam bruto cū duceret vt audiui ad montē sancti michaelis ad foz vaccam ⁊ vitulū vt eam venderet ibi. videns fluctus maris refluere. ⁊ timens vouit vitulū btō michaeli si euaderet. Post recedēte fluctu dixit michaeli. q̄ fatuus essz si crederet q̄ ei vitulū suū daret. Post redeunte fluctu magis deprope magis timens vouit vtrūq̄ dicens. O michael totū vis totū habebis Retrocedente iterū fluctu. cū nō crederet decetero fluctus posse eū attingere clamauit. O michael neq̄ vaccam neq̄ vitulū decetero habebis. Sic est de his q̄ seruiliter timētes in periculis mortis vouent primo aliena restituere. postea religionē intrare vel aliquid simile. Qz cum crederet esse in tuto loco. venit fluctus subito. ⁊ eū ⁊ vaccam ⁊ vitulū inuoluit. Similiter mors subita aufert talibus pecuniā. corpus. ⁊ animā. quia dum dicunt pax ⁊ securitas. tunc repētinus superuenit interitus.

¶ In vitis patrum. ex libro legitur. q̄ cū quidam pater desideraret videre quō aia iusti de corpore egrediatur. transiens p̄ quandam villam vidit quendam peregrinū solum in platea tacentem ⁊ quasi in extremis laborantem. ⁊ michaelē ⁊ gabrielem de celo descendentes. ⁊ ei assistentes. vnus ad dexteram. alter vō ad sinistram. ⁊ rogabat aiam de p̄cepto dñi vt a corpore egrederetur. Que timens nolebat corpus relinquere. Et dixit michael ad gabrielē. Sume hanc animā vt egrediamur. Respondit gabriel. Missi sumus a dño vt sine dolore ⁊ violentia eiciatur. Cū q̄ hoc clamarent ad dñm misit dñs citharistam dauid cū cantoribus celestis hierusalē Quorum cantus audiens anima peregrini inter manus angelorum exiuit. ⁊ cum gaudio in celum deducta fuit.

¶ Dī in vitis pat̄z q̄ erat speciosissima meretrix in q̄dā ciuitate p̄pter quā multi se occidebāt multi se depauperabāt. Et audiens abbas pannutius mala q̄ fiebant. assumpto seculari habitu venit ad eam. ⁊ dato ei solido p̄ scorti p̄cio. petiuit locum obscurū vbi nō posset videri. ⁊ sine verecundia peccaret. Et cū duxisset eum per plura loca. ⁊ iste semp diceret q̄ timebat videri. duxit eum ad obscurissimū locum. dicens q̄ nō posset cū aliquis ibi videre nisi deus aut diabolus. De quo verbo facto ei sermone ⁊ ostenso quō deberet aspectuz dei formidare. conuertit eam. Huc conuocauit omnes amatores suos fecit omnia que lucrata fuerat ab eis per peccatum cōburi in medio vbis ad valorem. ccc. librax auri dicens. q̄ magis volebat hec

hic comburi. q̄ in futuro combureret ab eis. ¶Post ad desertuz venit. ibiq; dimisit pater in parua cellula eam inclusit. vbi erat sola fenestra parua. p quaz ppinabat ei parum panis t aque singulis diebus. in qua vtnam iuxta se t alia necessaria faciebat. ¶Que nō audebat nomen dei noiare. vel manus vel oculos ad celum leuare. quasi polluta. sed versa ad orientē dicebat. ¶Qui plasmasti me miserere mei. ¶Post tres autē annos compassus ei dictus abbas iuit ad beatum anthonium querens si adhuc posset eā emittere. t esset ei dimissum peccatum suū. qui fecit p hoc orare. ¶Tūc paulus maior discipulus athonij in extasi vidit lectum speciosissimuz in celo. a tribus puellis speciosissimis seruatum t paratum. t cū quereret si esset locus beati anthonij. ¶Responsuz est ei. nō. sed taidis. ¶Cumq; esset exclusa dixit. q in dicto triennio hūit peccata sua semper ante oculos. q̄si q̄ndā sarcinam. flens super illa quotidie largiter ¶Et dixerūt patres q nō ppter penitentiam quam sustinuerat. sed ppter peccatorum memoriam t confusionem fuerant ei hec dimissa. ¶Transactis autez post hoc quindecim diebus quieuit in pace. ¶Legitur in hystoria tripartita libro. vj. ¶Dos solebat esse romanorum q in magnis festiuitatibus imperatores facerent ante se poni p honore imperiali arulam. t thus apponi. t dabantur apponentibus munera. ¶Julianus apostata impator volens quosdam christianos fieri ydolatras. occultatis ydolis. ibi iussit christianis thus igni apponere. ¶Illi autē nō aduertens ydola thus apposuerūt igni p honore imperiali. t aurum datum receperunt. ¶Cum autem in conuiuijs christum benedicerent t inuocarent. dixerunt ydolatre quō cum modo inuocatis. quem pauloante negastis. ¶Tunc dolum aduertentes. aurum reiecerunt imperatori. t clammauerunt. dexteras sibi amputari debere. quibus thus in igne posuerant. t aurum. receperant. licet nesarent ydolo. nec in honore eoz hoc fecissent. sed ignoranter. cum essent veri christiani. ¶Timotem bene habebat ille pater beatissimus sisoi. de quo dicitur in vitis patrum. ¶Cum instare migratio beatissimo sisoi. conuenerunt multi patres. t subito facta est facies eius quasi quodam fulgore radians. ¶Et dixit. ¶Consolamini fratres. ecce abraā venit ad nos. t post. ecce chorus pphetarum. t post. ecce sancti apostoli. t post. ecce angeli. ¶Et cum videretur loqui t quererent quid loqueretur. respondit. ¶Venerunt sancti angeli tollere animā meam a corpore. t supplicio vt paululū ppter penitentiam agendam sustineant. ¶Et cum dicerent. abba. tu nō indiges penitentia. ait. ¶In veritate dico vobis q necdum principium penitentie fecisse me memini. ¶Et cognouerūt q perfectus esset in timore domini. in suam resiliens paruitatem. ¶Quo migrante totus locus odore mirabili est repletus. ¶Exemplus in dyalogo. xl. de theodoro. qui cum in religione necessitate compulsus secuz esset fratrem suuz. iuramento firmabat q nunq; assumeret habitum. sed dissolute viuens infirmitate arripitur. in extremis laborans clamauit fratribus p̄sentibus t orantibus. recedite quia datus sum draconi ad deuorandū. qui iā me absorbet. sed impeditur orationib' vestris. ¶Qui cum magis orarent. clamauit deo gras. quia vris orationib' liberatus sum. t ex hoc vitam suā em̄ dauit. ¶In vitis patrum interrogabant patres abbatem macharij. quare ita siccus esset eque quando comedebat. q quando ieiunabat respondit. ¶Sicut lignum cum quo carbones ardentes versantur t reuersantur. semper ysumitur ab igne. ita si homo mentem suam tenuerit in timore domini. ipse timor ossa eius consumet. ¶

Greg. in dyal. lib. iiij. xxxiij. dicit q aliquā do sancti timent in morte. vt pauor ille purget si aliquid est in eis purganduz. Et ponit inde duo exempla. Unuz est de quodam sancto qui mirabilr in mor te timuit. qui post apparuit cuipam in stola splendidissima. t respondit querē ti quare sic timuerat q pauor ille eum oīno purgauerat.

Exempla de penis inferni t de tortoribus

LEgitur i vitis pa trū. q dū abbas Macharius ambularet p heremū iuenit ca put quoddā hois. Dō cū tangeret vga sua. locutū est dicens interrogāti. q fu erat sacerdos gentiliū q manserant in loco isto. Et inter alia dixit. q tum di stabat celum a terra tantū habebant ō igne inferni sup capita sua. t sub ped bus suis. t q tantū sub eis erant hoies xp̄ian vel qui deum negauerāt. ve mā datis eius nō obedierant. Beda dici tur q quidam magister singulis annis ꝓsueuerat magnuz festum facere in die sancti bartholomei patroni sui. mltos inuitando celebrādo. p̄dicando. Cūq p̄dicaret intrauit dyabolus in specie cu iusdā speciosissime t ornatissime dñe. t sedit ante oculos dicti magr̄i. qui in eā oculos iniecit. t finito sermone eā vo cari fecit t inuitauit. Et dum essent in mēsa t illa multū videret allicere ma gistrum in amorē suū beatus bartho lomeus stans in porta in specie pegrini rogabat vt amore sancti intromitteret Dō cum nō fieret dña dissuadente. sed cū panis ei mitteret. panē renuit. t ro gauit q magister diceret ei saltē p nun ciū quid esset maxime ꝓpriū hois. Re spondit magister. q risibile. Dicit dña q nō. imo peccatū cū quo hō ꝓcipitur. nascitur t viuit. Rñdit btūs bartholo meus q bene dixerat magister. sed me lius dña. Ad questionē secundā. scz ḳs esset locus vnius pedis vbi dñs in ter ra plura fecisset mirabilia. Rñdit mgr̄ q locus in quo posita fuit crux xp̄i. qn do dñs opatus est salutez in medio ter re. Sed dña dixit q nō sed caput hois in quo quasi minor mūdus est. Appro bat beatus bartholomeus dñe sniam. sed tertiā questionē. s. q̄tum esset a sum mo celi vsq ad fundū inferni. Tunc cū magister hesitaret dicēs se nescire. Re spondit dña. Ego modo bene video q p̄cipitor. t ego bene hoc noui. qui de al tero ad alterū descendi. t hoc oportet q tibi nunc ostendam. Tunc dyabolus cū maximo sonitu t ciulatu p̄cipitauit se in abyssum. Et cū quererent peregri nū nō inuenerūt. Greg. in dyal. xxxj. dicit q quidam sanctus solitarius retulit quibusdam romanis nauiganti bus ad insulam in qua erat mortē the odorici regis pessimi. t q viderat eum duci discinctū t discalciatū vinctis ma nibus t p̄ici in ollam vulcani a iohan ne papa quē in custodia carceris affli gēdo occiderat. t simaco patricio quē iniuste ferro trucidauit. In vi tis patrum. Quidam quesiuit a quo dā sene quid faceret quia p̄ accidia nō poterat morari in cella sua. Iste rñdit. q si cogitaret de vermibus t penis in ferni. si haberet ibi vermes vsq ad col sum pacifice sustineret. Quidaz vidit in inferno quendā vsurarium se pultum in flāmis. t cū aia filij mortui deportaret ibi. pater hoc vidēs eiulan do clamabat. Maledicta sit hora fili i qua te genui. t tu sis maledictus. quia ꝓpter te feci mala. ꝓpē que hic crucior Econtra filius rñdebat cū maledictus esse t horam maledictā in qua fuerat factus pater su⁹. quia ipm decuerat fe nerari t alienū ei reliquerat ꝓpter q̄ impetuum torquerer. In vitis patrū dicit. q congregati patres rogaue rūt btm̄ arsenū. vt diceret verbū edifi cationis. Qui fleuit dicens. Producant oculi nostri lachrymas. t cōburant cor pora nostra hic. ne cōburant in futuro Item ibidē. Quidā senex migrauerat

post redijt. qui ꝛ sleuit inconsolabiliter dicens se audiuisse voces innumeras dicentes frequenter. Ue mihi. ve mihi. quia nō sleui. ¶ Cum quidam rusticus diceret cuidam fratri predicanti de penis inferni ꝙ maledictus esset ꝙ crederet ei. cum ipe nō fuisset ibi. respondit frater. O rustice si aliqs inde egrederetur etiam vnicus qui denunciaret tibi penas inferni. tu nūq̄ deceteres. vt timeres. vel in deū crederes. vel a malo cessares. quia semp crederes. ꝙ sicut ille exiuisset ꝙ tu posses egredi inde. ꝑ modo debes timere baratrū ita profundum ꝛ artum ꝙ nullus possit inde ascēdere. artum ꝙ nullus possit egredi. clausum ꝙ nullus potest exire. custoditum ꝙ nullus potest euadere. debes ne ibi venias sup oīa timere ꝛ cauere. male crederes de hoc alij qui de hoc non credis deo ꝛ pphetis. ¶ Item aliud exemplū legitur in libro petri cluniacēn. Ait enī ꝙ in pago pictauie apud lizmiacum fuit quidā sacerdos multorū vicioꝝ seruus. q̄ familiar erat prioꝛ bone vallis cistercien. ordinis. qui frequenter eum monebat vt vitam corrigeret. ꝛ secō abrenūciaret. Qui promittebat se hoc aliquando factuꝝ. Qui subito grauiter egrotans mittit p dicto priore. Qui admonitus ab eo nolebat complere promissum. sed differebat. Qui subito clamauit. Pater ora p me. quia ecce duo vsi veniūt ad deuorandū me Qui ad orationē dicti prioris ꝛ sociorū dixit se esse liberatū. Nec sic liberatus ꝛ admonitus statim mutauit. Et tunc subito fortiꝰ iccpit clamare. Ecce ignis occupat me ad deuorandum. ꝛ petebat orari p se. ꝛ opponebat coopertoꝛium suū igni. Similiter ꝛ tunc liberatus ē p oīonē nec tunc se correxit. nec promissū complere voluit. Tunc factus ac si expirasset rapitur ad dei iudiciū. audit ibi sententiam cōtra se de malis suis. redit refert visa ꝛ audito. ꝛ spem salutis iaz ab eo pcioſam. ꝛ ecce ait duo demōes affuerunt. portantes vnam maximam sartaginem vt frigar in ea ineternū. et sciatis inquit ꝙ nō insanio quia hec ē cuculla ꝛ hec linthеamina. Quod dū diceret gutta vna fixure cecidit sup manū egri ꝛ deuoꝛauit eam vsq̄ ossa oībus vendentibus. ꝛ ait. Ecce nunc credite. ecce nunc demones pijciūt me in sartaginem. Et hec dicens expirauit. Uulnus autem patebat etiam post sepulturam. ¶ Legitur in vita beati Nicolai. ꝙ cū quidam peregrini visitarent p mare ecclesiam beati nicolai. apparuit dyabolus in littoꝛe maris in specie magne dñe dicens. ꝙ volebat facere illam peregrinationē. ꝛ limire sepulcrum ꝛ ecclesiam beati nicolai quodaz speciosissimo ꝛ fragrantissimo vguento. quod emerat ꝛ secum in pixide ferebat. que rogauit eos vt ipsi vnguentuz ferrent. ꝛ hoc p ipsa facerent. quia habebat impedimentum. nec poterat vltra ire. Qui cū acquieuissent apparuit beatus nicolaus dicens illud esse oleū inferni. ꝛ ꝙ aperta pixide p̄cepit in mare. Quod p̄iectū omnes aquas maris quas tangebat succendebat. ¶ In vitis patꝝ. Quidam venientes ad profundum heremū. inuenientesq̄ quēdam senem ibi asperrimā vitam gerentem vel agentem. cū quererent ab eo q̄re ibi moꝛaret tantū laboꝛem sustinēs respondit. Totus labor vite mee quem hic sustineo nō est idoneus comparari ad vnam diem toꝛmentoꝝ que peccatoribus in futuro seculo pparant. ¶ Item ad hoc pertinet ꝙ Greg. dicit dyal. xxxiij. de petro heremita cuz esset seculari mortuo vidit iferni supplicia ꝛ innumerabilia flāmarum loca. ꝛ multos huius seculi potentes vidit ibi supensos. Et cuz deberet ibi mergi inflammas quidam chorus habitus apparens subito hoc prohibuit dicens. Egredere et qualiter tibi post hūc viuendū sit cautissime attende. Qui resurgēs hec narrauit ꝛ tanta postmodū se afflixit penitētia. vt si lingua taceret penitentia eius hec clamaret ꝛ quersatio. ¶ In vitis

parum legit q quidaz iuuenes miserūt meretricem quādam ad quendā solita rū. que asserebat. eis q faceret cū pec care secū. Que venit ad cellam eius dicens se errabundā. supplicans vt intro mitteret eā in domū suā ne extra more ret frigore. vl occideret a bestijs. Ō fecit ad vltimū motus pietate. Et cum illa multū sollicitaret cū se nudans ad ignē. ⁊ verbis similiter ⁊ signis. ⁊ ille fugeret ad interiora celle ad ofonem. sentiēs motus digitos cōburebat suos ad lucernā dicens intra se. Miser si cū ista peccauero. ignem inferni quō sustinere potero. qui hunc sustinere nō possum. Et hoc fecit toties in nocte quotiens insurgebat tēptatio. vsq; quo manū quasi totā combussit. Iuuenes autē ruentes inuenerūt illam miserā mortuā. ⁊ heremitam habentem manus cōbustas. Ad cuius p̄ces eam dñs suscitauit. Que dicebat q videbat flāmā a sūmo celo vsq; ad terram durantē in qua debebat ⁊ pici. ℟ Fuit quidam fenerator qui cū moneret suus sacerdos ad penitentiā semp dicebat. Bene adhuc faciam. quia satis est adhuc de tpe Similiter in infirmitate. bñ adhuc faciam dicebat. Et cum improbe instaret sacerdos videns periculum ille subito rapit quasi mortuus. Et cū rediret. statim. ⁊ adhuc instaret sacerdos. clamauit eger. O penitentia vbi es. decetero penitere nō valeo. hoc iudicāte q iuste iudicat. quia dū facere penitentiam potui. nolui. Et hec dicens mortuus est.

℣ In passione beati bartholomei legit. q angelus volens ostendere dyabolū illis quibus beatus bartholomeus p̄dicauerat. p̄cepit eis in frontibus fieri signū crucis. ⁊ tunc ostendit eis ingentē maurū nigriorem fuligine. facie acuta. barba ꝓlixa. crinibus vsq; ad pedes p̄tēsis. de oculis igneas scintillas emittentē. ex ore ⁊ naribus sulphureū ignem spirantē. vinctis retro manib⁹.

℣ Item greg. dyal. pl. dicit de crisaurio. q cū infirmaret vidit multitudinē demonū horribilitū. ⁊ cum clamaret inductas vsq; mane. ⁊ se huc illucq; verteret. ne eos videret. nec posset eos nō videre. in terrore illo mortuus ē. ℟

℣ In dyal. pl. exemplū de theodoro et de monacho guloso. q videbat valde religiosus ⁊ abstinens. sed comedebat in occulto quū in fine hoc clamauit. ⁊ q dyabolus absorberet aiam eius vt draco. ⁊ pedes et⁹ ꝑ genua tā ligauerat. et aiam eius absorbebat. os suum bñs in ore suo. Hoc dicens mortuus est. ℟

℣ Exemplū in dyalogo de stephano p̄sbytero. Qui cū diceret mancipio suo. veni dyabole discalcia me. statim affuit dyabol⁹ discalciās eū. ℟

℣ Cū admiraret q̄dam sanctus demonē qui mirabiliter affligebat quendā arreptū. vt diceret quō vocaret. dixit. q mille artifex eo q habet infinitos modos fallēdi ⁊ nocendi. Job. xx. Pluet sup eos bellum tē. Ideo in Apoc. xij. draco dicit habere septem capita ⁊ decem cornua Ideo in vitis patrum sub specie diuersaꝝ ferarū btō anthonio apparebat. vñ aliqñ fingebat dyabolus leonū rugit⁹ aliqñ sibilos serpentū. vt sic eū ab heremo fugaret. ℟

℣ Item dyal. iij. Greg. dicit. q cū dacius mediol. epūs chorintū aduenisset intrauit domū quā multis annis demones inhabitantes inhabitabilē reddiderant. Et cū vellet ibidē nocte quiescere. cepit audire magnis clamorib⁹ rugitus leonū. balatus pecorū sibilos serpentū. ruditus asinorū pecorū ⁊ sonitū. ⁊ hmōi. Tunc eps ait. Bene tibi otigit miser. tu es ille q dixisti. Ponā tē. ero similis altissimo. ecce per superbiam tuā his bestijs similis factus es. Ad b̄ dñi erubescens diabolus recessit.

℣ In dyal. lxij. de valerio cui eps beryē. p̄cio accepto in ecclia sua locum sepulture dedit. q vsq; ad decrepitā etatē fuerat leuis ⁊ lubricus. Nocte eadē q̄ sepultus est beatus faustinus martyr apparuit custodi dicēs. q diceret epo vt carnes fetidas quas in ecclia posuerat inde remoueret. qō nisi faceret die tri-

tesima moreret. ℣ custos bis amonitus t mutt ep̃o dicere. Ep̃s die tricesimo incolumis ad lectũ rediens. subita t improuisa morte defunctus est. ✠

℣ Item dyal. iv. De valentino mediolanen̄. occupato cunctis lenitatibus t lubrico apud ianuam in ecclesia beati syri martyris sepulto in qua custodes ecclesie ipsius voces audierũt. ac si aliquis violenter ab ecclesia repelleretur. Qui surgentes viderũt duos termios spũs dictum valentinũ ligatũ p pedes ab ecclesia ejiciẽtes clamantẽ nimis ac vociferantẽ. Mane aũt facto in sepulcro suo nõ est inuẽtus. sed extra in alio ligatis adhuc pedibus vt fuerat ejectꝰ Ibi greg. dixit. Hi quos peccata ḡuia depumũt. si in sacro loco sepeliri faciũt restat vt etiã de sua ꝓsumptõe iudicent ℣ Itẽ dyal. lvj. de tinctuario sepulto in ecclesia ianuarij martyr̃ rome iuxt̃ portam beati laurentij. a cuius sepultura audiunt media nocte voces exire. ardeo ardeo. Cũ vxor eius h̄ audiens fecisset sepulcrũ aperiri. vestimenta intacta repererũt. corpus aũt oino nõ inuenerũt ac si nõ fuisset ibi sepultũ. ✠ ℣ Dicit̃ q cũ ḋam magnus fenerator instãtia amicoꝝ t spe cõmodi tpalis in claustro quorũdam mõachoꝝ sepultus esset. nocte sepulcro exiens. clamãdo t eiulando domũ discoopiebat monachos patiebat. t in mane extra cimiterũ inuentus est. t adhuc in sepulcro suo corpus eius repositũ est. Cũq̃ pluries h̄ fecisset induratus est a quodã bono viro q̃ diceret ei quõ t monachi t ipse quietem ꝓhent. ait. Ego t si alij quiescere possẽt in inferno ḋescere nõ possum. q̄ exercui pecũ vsure. a quo nullo die ac nocte ḋeui. t vos si ḋescere vultis a loco reḋitionis t sepulture me ꝓcite. Nõ cum factũ est nõ est postea auditus. 15 ℣ Dr̃ q ḋã nigromãticus habebat discipulum qui ꝓmittebat ei multa bona cũq̃ vellet experiri vtrũ ita faceret. fecit ei p̃ carnatiuoꝝ videri q̃ eligeret in ipatorẽ ꝯstantinopol. t q̃ ad eũ venirent ꝓmo nũcij. post milites eũ rapientes t impatorẽ faciẽtes eũ. t homagia fray suay Cũq̃ multe terre obuenirẽt ei q̃ nõ habebant dños. vt videbaꝫ ei. rogauit eũ magister suus vt recordaretur ꝓmissi dans ei aliquã terray illay. Cumq̃ ille diceret se nescire quis esset. intulit. Ego sum ille qui vobis dedi hec oñia. t vobis hec aufero. Et exufflata incantatione ipse manent se pauperes. Sic facit xp̃s diuitibus. Job. xxvij. Diues apiet oculos suos t nihil inuenet. ps. Dormierũt somnũ suũ t nihil inuenerunt.

℣ ℣ In vitis patrũ legit̃ q̃ multũ duo fratres temptati ad seculũ euntes ꝓtraxerũt. t post admodicẽ diuerunt Q; ꝓ modica illa delectatiõe haberẽt tormenta eterna. qui vitam dimiserant angelicã. t sic redierũt ad heremũ veniam petentes. t ꝓfitentes peccatum: quos equalis corpulentie patres inclusert in equalibus locis. t equales eis dabant victus portionẽ. Post annum eos cõsiderantes viderunt alterũ macilentissimũ t pallidum. t alium econuerso se habentẽ. Primus req̃situs dixit. q̃ hoc ideo erat q; semp cogitauerat de penis eternis quas meruerat ꝓpt̃ peccata sua. rogans vt dimitterent̃ ei. Alius q̃ cogitauerat de misericordia dei. t delectabaꝫ in h̄. Et iudicauerũt pres eq̃lem eoꝝ penitentiã apud deũ. Item cũ parisius quidam diues pinguis obuiũ haberet quendam scolarem pallidum t macilentũ. dixit ei. Oñe clerice vos videmini venire de inferno. Qui rñdit. Et vos videmini habere facie cunctis illuc. ℣ ℣ In vitis patr̃ dr̃ q̃ ḋam iuuenis temptatus querebat cõsilium a sene quõ euaderet temptationem. cui ille dixit. q̃ faceret sicut nutrix que eũ vult separe puerũ ab vbere. ponit desup aliquod amarꝫ. q̄ sentiens puer. refugit. sic tu tẽptationẽ amaritudine inferni. ✠ ℣ Dicit̃ in vitis patrũ de eo qui temptatus ad solẽ nudus

se ponebat. querens quō sustinere pos
set inferni tgnez. qui nō poterat solem
sustinere. ¶ Greg. dyal. xxxvj.
dicit. q̄ stephanus illustris roman⁹ apō
cōstantinopolim defunctus est. In ma
ne cum deberet findi t condiri surrexit
multa se vidisse retulit de inferni locis.
que prius nō crediderat. sed iudex cum
esset ei oblatus dixit. nō hūc sed stepha
nū ferrariū voluisse qui erat iuxta eū q̄
isto reducto mortuus est. prior autē ste
phanus vixit diu. sed vt opus ei fuisset
vitam nō coxerit. Hic aūt in peste vi
bis in qua visibiliter sagitte vise sūt de
celo venire occisus est. quē quidam mi
les mortuus. t resuscitatus vidit labi a
ponte. t a demōibus trahi inferius. vt
supra dictum est. ¶ In legenda
beati iohānis cuāgeliste legitur q̄ cuz
quidam mundū cōtemnentes ad p̄dica
trionē beati iohānis. aurum t gēmas
vendidissent. t paupibus dedissent. vi
dētes postmodū se paupes t abiectos
t seruos suos magnos effectos in hoc
mūdo de⁹ q̄ fecerūt peniterēt. beatus
iohānes quēdam iuuenē qui mortuus
efferebatur suscitasset. t ille eis referret
que p̄mia amiserant t gaudia. t q̄ sup
plicia eis parata erant. ex eo q̄ ad vo
mitū redissent. t quō beatos angelos
ō sua ruina flere faciebāt. t malos gau
dere. illi redditis gēmis t auro. se t mū
dum postmodū ꝓpter dīm ꝓtempserit

¶ Legitur in vitis patꝝ q̄ quedā
puella patrē habuit religiosum valde
t timentē. t amantē deū t matrem lu
xuriosam t inhonestaz. Ista aūt bone
idolis patrē imitabat. Pater aūt eius
graui languore t cū multa miseria vi
tā finiuit. in cuius morte ita cōmotus
est acr. t tanta facta est intemperies q̄
vix potuit sepeliri. Matre autem mor
tua in magna ꝓsperitate. magna facta
est serenitas. ita q̄ viderent̄ pure ei cle
menta. t cū maxio honore est sepulta.
Et cū filia cogitaret cuius vita magis
esset eligenda. t videret̄ q̄ matris cui
ta ꝓspere semp̄ successerat in pctō suo;
t videbat habuisse ita pulcerrimū finē
visum fuit ei q̄ ipa duceret ad loca tor
mentoꝝ. t q̄ videret ibi matrē suā mi
rabilr torqueri a demonibus t cū alijs
pctōribuus. ¶ Postea ducta est ad locuz
inestimabilis claritatis. in quo vidit pa
trem suū cū alijs multis speciosissimū
t ineffabiliter exultantē. q̄ cū ipsa ro
garet vt posset ibi morari t remānere cū
eo. dixit ille q̄ si vellet ibi cū eo morari
vitā duceret illā t pniam p que ipse ad
illa bona deuenerat. aliter si matrē imi
taret cū matre puniret. Illa aūt redi⁹
a visione in bona vita perseuerans pa
trem imitata.

¶ Exempla de purgatorio.
Caplm. III.

In vitis patrū di
cit. q̄ cū quidam malus ꝓpos
tus esset qui nec deum timebat nec ho
mines reuerebat. deus misertus eius de
dit ei grauē ādam infirmitatē. in qua
expendit oia q̄ habebat in medicinis t
alijs t nihil valuit ei. Ūñ cū p ānquē
nū sustinuisset ita grauē infirmitatem.
cū nō posset surgere nec haberet aliq̄d
vnde necessaria posset habere. t ab oi
bus destitutus esset. t ꝓpter paupertatez.
t vilitatē languoris. t doloxē. cepit de
sperans murmurare ꝓtra deū. t hoc q̄
istis miserijs tādiu viueret. Mittitur ei
angelus increpās eū de murmure. mo
nens ad patiam. t vt per duos annos
alios sustineret p quos plene purgatus
statim euolaret. Qui cū diceret se ō fa
cere nō posse. se potius velle occidi. di
xit angel⁹. q̄ aut duos āños opteret eū
sustinere. aut p duos dies in purgato
rio. Iste autē pene acerbitatē sentiens
credidit ibi fuisse p infinitos dies añ q̄
dimidtā diē cōpleuisset. clamans t eu
lans t ꝙquerens angelū mendacē. nec
angelū esse ꝫ dyabolū. Affuit angelus
ad patiam monēs eū t arguēs de mur
mure. t dicens q̄ꝑ nū fuisset ibi. Tunc
rogauit angelū q̄ reduceret eū ad pri

rem statū. et si vellet ipse paratus esset non solum sustinere patienter vsq; ad duos annos imo vsq; ad diem iudicij. Quod fecit angelus. et vsq; ad cōplementū duox annox oia patienter sustinuit. ¶ Petrus cluniacēn. dic̄ q; cuidam sancto viro ꝓstrato in oratione in die sancto veneris rapto in fletu vsq; ad diem pasce. fuit facta hec reuelatio. Vidit in purgatorio q̄ndaz grauissime puniri. qui fuerat magne gulositatis. quia frequenter consueuerat nimis bibere. Qui cū aliq̄n excessisset in potu. diabolus ingurgitatū suffocauit eum. ascendens sup os eius. et dum eū traheret ad infernum beatus nicolaus quem multū dilexerat et honorauerat occurrit eis et traxit eos ad iudicium dei qui grauissime pene purgatorij adiudicauit eum. ¶ Item vidit aliū ibi q̄ fuerat miles largus. curialis. hospitalis et continens in suo cōiugio. et multas bonas gr̄as habuerat. tamen multum semp amauerat ludum auium. et aucipium semper fuerat secut⁹. hic ab alijs penis fuerat liberatus. excepto eo q̄ auiculaz in manu tenebat. que cum rostro et vnguibus manū eius dilacerabat. et maximū dolorē ei inferebat.

¶ Item vidit ibi quendam militem iuuenem. qui fuerat vanus et vicios⁹ et crucem acceperat et obierat. qui p totam diem a demonibus torquebat mirabiliter in medio rogo. de nocte faciebat pegrinationē trāsmarinam. sed parū ꝓficiebat propter tenebras et noctis intemperiē. et vie et aeris incōmoditatē. quē facto die demones reducebant ad tormentū affligendum. facta nocte vbi primo acceperant eum reponebāt et sic postea. ¶ Vidit idem qui supra alium militē qui cum haberet ius patronatus in quadaz ecclesia accipiens a quodam clerico .xv. marcas p̄sentauit eum ad curam. Qui de b̄ penitens mandauit vxori reddi pecuniā dictam a peregrinatione transmarina in qua mortuus est. et q̄ missas faceret p̄ eo celebrari. hic dicte pecunie denarios accensos singulis diebus ministrantibus sibi demonibus accipiebat et reddebat. et dicebat se liberari posse omnino vt credebat. si adhuc p̄ eo reddita pecunia quinq; tricenalia celebrarent. multam em̄ accepat pene alleuiationē per missas p̄o eo celebratas. ¶

¶ In dyal. dicit q; quidam abbas moriens cum interrogaret a monachis suis quem ei substituerent in abbatē. motus carnaliter monuit et consuluit q̄ndam nepotem suum sibi substitui. Qđ et ipsi fecerunt. Cum aūt dictus nepos factus abbas iret solus ad fontem q̄ erat in ortu suo. audiunt de fonte exire quasi vocem auunculi sui mirabiliter plāgentis. Quem cū adiuraret abbas vt ei diceret quis esset. dixit se esse auunculum suum. qui mestimabiliter ibi vexaret. quia motus carnaliter cū eligi fuerat. Et cum diceret nepos q̄ibi non multum posset affligi in fonte temperato. rogat vt deferat candelabrū cupreū quod erat retro altare et ꝓiceret in fontem. Quod ille fecit. et statim in aqua quasi cera candelabrū in igne. et butirum in olla bullienti liquefactum est. et tunc abbas resignauit nec eum vltra audiuit. ¶ Audiui a quodaz fratre apulo. q; cum quidam in quodam monte iuxta vulcanum vbi dicit locus purgatorij prope ciuitatez cathen. q̄reret equum domini sui. inuenit vt sibi visum est ciuitatē q̄ndā cuius erat ostiolum ferreum. et quesiuit a portitore de equo quem querebat. Qui respondit. q; iret vsq; ad aulam dñi sui qui redderet eum vel doceret. Et aduratur⁹ ab eo portitor ꝓ deum q; diceret ei quid ageret. dixit ei portitor. q; caueret ne comederet de aliquo ferculo quod ei daret. Videbat ei q; videbat p vicos illi⁹ ciuitatis tot homines quot sunt in mūdo de omni gēte. et artificio. trāsire per multas aulas venit in quandaz vbi vidit principē suis circūuallatū offerunt ei multa fercula nō vult de eis gustare

ostendunt ei quattuor lecti ⁊ dicitur ei
q̄ vnus eoꝝ erat dño suo paratus. et
alij tres triū feneratorū. et dicit ei prin
ceps ille. q̄ assignabat diez dño suo ta
lem pemptoriā. ⁊ tribus dictis fenerato
ribus. alioquin venirent inutti. ⁊ dedit
ei ciphū aureū coopertum operculo aureo
dicit ei ne illū discooperiret. sed illum in
huius rei intersignū p̄sentaret domi
no suo. vt biberet de potu suo. equus su⁹
ei redditt. implet tussa. ciphus aperitur
flāma ebullit. in mari cū cipho p̄icit.
mare inflāmat. ¶ Cum quidā ca
pellanus apud nouū castruz in dioceſi
lausañ. guilhelmus nomine. qui etiam
sanctus mō dicit p̄ter miracula mul
ta q̄ dñs dicit p eū fecisse. esset in domo
sua sup lacum maximū et q̄dam miles
q̄ erat cum eo quereret ab eo. cur se af
fligeret. imo q̄si occideret. ieiunijs. cili
cijs. ⁊ lacrimis. cum assertione dixit. q̄
vellet esse vsq̄ ad diem iudicij in tanto
igne q̄ntus erat lacus. ⁊ esset securus q̄
posset euadere cum omni penitētia sua
vel ign⁹ inferni vl̄ purgatorij. Et refe
rebat quoddā exemplū. Q⁹ cum q̄dā
latro fugaret ab hostibus suis. videns
se nō posse euadere p̄ostrauit se in cru
ce ⁊ dixit. q̄ bene mortem p̄mcruerat.
q⁹ deū offenderat. flebat. p hoc. confite
batt se peccatorē. et rogabat eos vt eū
de eo vindicarent. exponēdo membra
martirio. Quidā aūt erat heremita p̄
pe qui multis annis maximā penitēn
tiaz egerat. cui reuelatū est q̄ angelus
cum laudibus in celū illi⁹ latronis ani
mam deportaret. Qui nō egit deo gra
tias. sed indignat hoc dicens apud se.
q̄ postq̄ se exposuisset oībus flagicijs
similiter in fine peniteret. et sic ei fieret
vt latroni. Et cum ad seculum rediret
transiens aquam de ponte cadēs sub
mergitur. ⁊ a demonibus in infernuz
p̄icit. ¶ Jté cū beat⁹ Marcialis
vnus de. lxxij. discipulis gentē lemoni
cen sū conuertisset cum duce eoꝝ. ⁊. xv.
milib⁹ militū vna die baptizatoꝝ. cum
redissent de roma vbi beatum petrum
visitauerant. ⁊ iogiassent iuxta quendā
fluuiū cū filius cuiusdaz comitis pisca
uien. in flumine se balnearet. a diabo
lo opprimitur et extinguit. Et cum in
uenire non posset. beatus marcialis ro
gatus venit ad fluuiū adiurans demo
nes qui hoc fecerant. vt visibiliter ap
pareant et defunctū reddant. Tunc exi
erunt de flumine tres demones q̄si ethi
opes fuligine nigriores. manibus ⁊ pe
dibus terribilibus. oculis cruentis. ca
pilli totū coꝝpus tegētes. pos ⁊ per na
res ignē sulphureū emittentes. loquen
do vocem coꝝuinaz emittentes. Et cū
tussi dixissent nomina sua ⁊ officia sua
p̄cepit ne alicui nocerēt. sed deserta pe
terent. Suscitauit iuuenem qui narra
uit quō eū demones suffocauerūt. Cū
q̄ raperent eum ⁊ vellent catenis con
stringere. angelus dñi eripuit eū ostē
dens ei ignem purgatorij. ⁊ penā mul
plicē eius. Et cum duxisset eū ad por
tam paradisi ⁊ demones p̄ eo multipli
citer litigarent. venit vox de celo p̄cipi
ens vt ad coꝝpus rediret. ⁊ resurgeret
et adhuc sederet annis viueret. Quib⁹
dictis se totondit. et sicut cum angelus
docuerat. in mirabili abstinētia remā
sit. et bt̄ō marciali postea adhesit. Jtez
de horroꝝe demonū de quo supra. ¶
¶ Audiuit a fratre remeto viro perito
et religioso. qui aliquando fuit prior. p
uincialis fratrū predicatoꝝ. in puincia
puincie. q̄ cum beatus dñic⁹. illas no
biles dominas quas ab hereticis ma
nicheis rapuerat. in monasterio fan
ctouis congregasset et sciret deo reuelā
te multas eaꝝ tentari de hoc q̄ dimise
rant hereticoꝝū consortiū cum ipe p̄di
casset eis in ecclesia de seruitio dei ⁊ di
aboli. et quō seruierant diabolo in er
roꝝe illo. aliquas eaꝝ nō bñ firmatas
in p̄posito persistendi in fide ait. et ego
rogo dominū. vt vobis ostēdat cui do
mino seruuistis. Tunc de cāpanili sub
quo erant. p foramen coꝝde exiuit ca
tus/teterrim⁹ excedens magnitudinez
aliorum. Quod foramen ita artū erat

et lapideum vt vix corda inde descēderet. ⁊ subito ꝓsilijt in medio corū. Cui⁹ aspectu et horrore ita fuerunt pterrite ꝙ vix viuerent. Tunc beatus dñe⁹ adiurauit eum ꝙ ab eis omnino recederet nec eas super hoc de cetero infestaret. Quo dicto catus dictus saltās ad cordam redijt eo mō quo descenderat per idem foramen eis videntibus p quod vix aer modicus cum dicta corda videret intrare. ¶ Q⁹ aūt missa ⁊ sacre eucharistie oblatio proficiat cristentibus in purgatorio patet multis exemplis. Greg. dyal. xxiij. dicit ꝙ cum due sanctimoniales seruum dei q̄ sibi ministrabat exteriora. tumide ꝓ nobilitate carnis. multis contumelijs afficerent. beatus benedictus hoc audiens mandauit eis. Corrigite linguā vestrā aliquin exēplico vos. Quam sententiā vt dicit Grego. non intulit ꝓferendo sed intentando. Quibus nō correctis. sed defunctis. cum dyaconus clamaret. q̄ non cōmunicat det locum. nutrix earū de sepulcris suis videbat eas sp egredi. Quod audiens beatus benedictus eas absoluens oblationem dedit ꝓ eis eam p̄cipiens immolari. qua immolata non sunt vlterius vise egredi. quas ex hoc patet cōmunionē recepisse p seruum dei vt dicit Grego. ¶ Item dicebat Petrus cluniacēn. abbas ꝙ q̄dam sacerdos cōsueuerat singulis diebus anni celebrare. Requiē eternā ꝓ mortuis. Qui cum accusatus essz apd̄ suum epm̄ suspendit eū ab officio. Cū autē eps in quadaz magna festiuitate iret ad matutinas trāsiens per cimiterium visum est ei ꝙ omnes mortui qui erant in cimiterio surgerent cōtra illū sub illo scemate cuius officij fuerāt in mundo dicentes. Iste eps nullas missas nobis dat. nisi sacerdotem nostr̄. abstulit nobis. sed certe nisi emendauerit morieē. Qui non solū sacerdotē absoluit imo ꝓ mortuis celebrauit. ¶ Item dyal. xxiij. dr. ꝙ dum q̄dā parulus monachus sine licentia visitassz parentes ⁊ sine bñdictione. mox defunctus est ibi ⁊ sepultus. sed sequenti die eum extra inuenerūt. ⁊ hoc quotiēscūq̄ eum sepeliebant inuenichant eū sequenti die extra. Parentes eius recurrentes ad beatum benedictuz acciptē ab eo sacraz cōmunionē. vt eam cum omni reuerentia ponāt super pect⁹ defuncti. ⁊ sic sepeliebant. qđ factum nec vltra reijcit. ¶ Item dr ꝙ cū quidā eps gebeñ. faceret piscari i lacu. extraxerunt piscatores maximū aceruū glacici in estate. de quo audierūt exire vocem plangentis. Post aduratione respondit vox. ꝙ erat aia cuiusdaz piscatoris. in purgatorio grauiter afflicta: et rogauit epm ꝙ ꝓ ea celebraret. hñs glaciem sub pedibus vsq̄quo esset resoluta. ⁊ tunc sciret eam liberatam esse. Quod ⁊ ipse fecit. ¶ Item dyal. lvij. dicit Grego. ꝙ dū felix p̄sbiter ad lauandū ad balnea veniret. iuenit ibi ignotum hoiez ad eius obsequiū p̄paratū. qui eum discalceabat. ⁊ vestes ab eo accipiebat. ⁊ āministrabat. Cū autē hoc pluries fecisz veniēs ad balnea duas coronas panum ei detulit. quas cum balneat⁹ ei offerret. dixit se illo pane non indigere. quia fuerat dñs illius loci ibi ꝓ culpis suis grauiter torquerētur. sed rogauit eū ꝙ ꝓ eo in altari oīpotenti deo offerret. ⁊ sciret se erauditū si eū rediens nō iueniret. ⁊ ꝫ dicto disparuit. Dictus autē p̄sbit̄ p septimanam integram pro eo se affligēs. ⁊ singulis diebus sacrificium offerens. cum dē rediens ad balnea non inuenit.

¶ Item dyal. lvij. In monasterio beti Grego. fuit quidaz monachus iustus nosc. qui grauit infirmus tres aureos quos absconderat fratri suo carnali tradidit. Nō sciēs b. Grego. p̄cepit ne aliq̄s fratrū morieti assisteret. ꝙ ff suus et cām h⁹ rei diceret. vt in morte dolor ei⁹ animū transuerberaret. qđ cū frater eius ei dixisset grauiter ꝓ cōmisso dolēs ⁊ gemēs i ipso dolore quē habuit ꝓ ꝓmisso mortuus ē. quez fecit

beatus gregorius in sterquilinio sepelirī tres aureos cū eo ꝓficia fratribus dicentibus. pecunia tua tecū sit in pditionez. triginta diebus elapsis ꝑcepit btūs gregorius defuncto ꝯpatiēs. vt in singulis diebus vsq; ad tricesimā ꝑ eo celebrarēt. Nō factū est. et die tricesima apparuit defunctus fratri suo carnali. Qui cum quereret quō esset ei ait. Usq; modo male fuit mihi. sed mō bene. qz hodie receptus sum ad cōmunionē. Nō referens fratribus iste ignorans quid egissent. cōputantes dies inuenerunt ꝙ dies esset in qua tricesima oblatio ꝑ eo fuerat immolata. R

Item in vita marie digne quā scripsit magr iacobus de vitria cotusculanen. epūs dicit ꝙ cum dicta maria deuotissime oraret. vidit infinitā multitudinez manuū ad eam directam z cōuncta ad inuicē. Sequenti die cum transisz p cimeriū vidit easdem manꝰ ab imo conscendere. quasi vellent eam detinere. Ad quaz visionez perterrita fugit ad ecclesiam rogans dñm. vt intimaret ei quid hoc sibi vellet. Tunc dictum ē ei ꝙ erant aīe existentes in purgatorio q̄ orationes eius petebant. in q̄bus multū bñficiū recipiebant. S Item in plogo eiusdē vite dr ꝙ quedam mulier defuncta ad pces aliquorum de pena purgatoria reuocata ad vitam vt penitentiam hic compleret ita affligebat se ꝙ in sepulcris habitabat. in niue z glacie et igne se inuoluebat. que cum hic penitentiā fecisset. hoc donum habuit vt frequenter extra se raperet z aias in purgatorio conduceret. et p purgatorium sine aliqua lesione transiret. E

Item dr ꝙ cum quidam guilhelmus archidiaconus parisien. esset legatus in terra albigen. et q̄daz miles strenuus pfecisset ibi strenuissime quadragesimam. et terra remaneret in periculo. nec vellet pro aliquo stipendio ibi remanere. dixit ei legatus ꝙ auctoritate dei z pape et ecclesie concedebat patri suo defuncto indulgentiam z ipse pro eo p aliam quadragenaz sustineret laborem ibi. quod fecit miles. quibus cōpletis pater eius apparuit ei luce clariori. gratias ei agens pro sua liberatiōe

Legitur in vita sancti Severini colonien. archiepi. de quo fit mēto in vita sancti martini. ꝙ post mortem apparuit illi archidiacono suo. qui audiuit in transitu sancti beati Martini voces cum eo indutus pontificalibus. habens nubem super caput eius stillantē et guttas igneas super caput. Qui cū quereret quare hoc pateretur cum sanctus crederet. respondit eo ꝙ horas suas negligēter dicebat. quia cum familiis fuit inter horas secularia negocia ingerebant eis intendebat. nec horas cū suis clericis tunc dicebat. Et cum quereret si esset illa pena magna. cecidit vna gutta sup brachiū eius cōburens et carnem vsq; ad ossa. Qui cum eiularet pre vehementia doloris ait sanctꝰ. Noli timere. nunc videbis quāta possum apud deum. et eleuauit manum z in signo crucis statim curauit eum.

Narrauit frater Petrus dictꝰ remen. epūs post agen. Qꝰ quidaz frater religiosus valde dictus frater matheus hispanus apparuit cuidam fratri post mortem in clara facie dicens. ꝙ post mortem detentus fuerat per q̄tuordecim dies in purgatorio. z cum qre et causam huius frater dixit. ꝙ hoc fecerat negligentia illorum fratrum qui missas et ea que ipsi debebant non ita cito soluerāt vt debuissent. z monebat fratres super hoc ammonendos. vt cito soluerent. Y Item dicit in hystoria Karoli magni. ꝙ quidaz miles moriens in exitu hyspanie de rōceuat dimisit equum suum cuidam nepoti suo vendendum. et pauperibus erogandum. Quem nepos videns bonum sibi retinuit. Cum aūt ille pegisset penitentiaz suam in purgatorio apparuit nepoti suo valde pulcer dicens. ꝙ non impune ferret. ꝙ pro retentione eius legati cum tantum in purgatorio dimisisset.

In trastino cū ipse iret sup equū multis videntibus ⁊ mirantibus infiniti corui et fere cum lacerauerūt ⁊ occiderūt ⁊ Dicit ꝙ q̄dam miles fuit raptor ⁊ flagitiosus. q̄ ad instātiaz vxoris sue que valde deuota erat venit ad ꝓfitendū ep̄o suo. Qui cū reus esset multorū homicidiorū ⁊ aliorū sceleꝝ. nec vellet ire romā vel aliā penitentiā facere condignā. ait ep̄s ꝓfitens de dño ꝙm facto suo aliquod cōsiliū deberet apponere Tu inquit q̄ tot noctes in seruitio diaboli vigilasti. velles tu saltē hoc modi cū facere. ꝙ p noctē integrā in dei seruitio i ecclesia vigilares. nulli alij loq̄ns vel intendens nisi deo ⁊ sanctis ei⁹. rogando eos ꝓ tua salute. et hoc soluz tibi iniungimus ꝓ remissione oīm pecc̄ōrū tuoꝝ. Ille cogitās de bono ꝓposito qđ sibi ficbat et de leuitate ⁊ breuitate dicte penitentie. hanc gratanter accepit. Quē ep̄us in ecclesiam introduxit. firmans hostiū. ⁊ p̄cepit ne oīno vsq̄ in mane alicui loqueret. nisi vt dictuz est vsq̄ quo ipse ad eum rediret facto mane. Cum aūt circa mediā noctē miles corā crucifixo in pace vigilādo orasset ecce quedam claritas incepit per ecclesiā fulgere quasi si diescerct diabolo ꝓcurante et visa est porta apta. et homines et mulieres quasi ingredientes ad orandum. Incepit audire quasi strepitus quadrigaꝝ multaꝝ. et visuz fuit ꝙ intrarent ecclesiam mercatores qui dixerunt ei ꝙmissi essent ab vxore sua. qz mercatores erant ducentes multas q̄drigas et volebant eum habere ꝓ guidato ⁊ conductore p terrā vicinam. et dare sibi de pecunia sua ad bñplacitum suum. Cum autē videret ei ꝙ dies nō ita cito deberet esse. ⁊ ꝙ nec episcopus ad eū venerat. cogitauit apud se ꝙ nullo modo suā penitentiā frangeret. Cū autem illi sollicitarent cum qualit̄ eis responderet. et ipse immobilis oraret. indignantes recesserūt. et quasi ad domum eius exeuntes adducunt ei vnum diabolum in specie vxoris transfiguratum. et aliū in specie ꝑueri sui paruuli quē maxime diligebat quez portabat inter brachia mater. ⁊ dixit ei vxor. Domine quid respondebitis istis mercatoribus. mō iuste potestis lucrari qui solebatis aliena rapere. Similiter puer pomū ei porrigebat et ei applaudebat. et loquebat balbutiendo. Cum autē nec per hoc stupens se moueret aut loqueretur eis. incepit vxor flere ⁊ se miserā dicere. ꝓ viro suo qui loquelā amiserat et sensum. Et cum nec sic loqueret. mutant se demones in similitudinem epi scopi et clericorū ⁊ veniunt ad militez. Ille fictus ep̄s cum clero suo dicens. Benedicate fili. bñdicat tibi dñs. quō fuit tibi. ⁊ huiusmodi. obstupuit miles et hesitans diu si responderet. quia nō videbatur ei nox transisse. rogabat intra se dominum. ne deciperetur. et deliberauit se primo signare ꝙ loqui. Qđ cum faceret confusi demones mucrūt se in horribiles species. militem verberātes vsq̄ ad mortem. ⁊ cum acerrime torquētes. Cum aūt ad crucifixū oculos leuaret. et iesum crucifixū ⁊ matrē eius in suum adiutorium inuocaret. cōfusi cum maximo sonitu fugerūt. Mane autem facto aperiens portas ep̄us venit ⁊ inuenit eū q̄si mortuū. Qui reuersus ad vires retulit q̄t̄ sibi fuerat. Et cū ep̄s diceret ei ꝙ ei aliā penitētiā non iniūgeret. ille in artissima penitentia ꝑmansit dicens ꝙ magis vellet mori q̄ demonib⁹ tā crudelibus seruire de cetero. vel in manus eorum cadere.

In vitis patrū ꝺr ꝙ q̄dam migrans rediit ⁊ flebat dicēs se audiuisse infinitas voces flētium ⁊ dicentiū. Ue nobis qz nō fleuimus. Et dicebat idē. si possibile esset. ꝙ homines viderēt aduentum iudicis. celos scissos. deum iratum ⁊ ea etiā q̄ p̄cedēt iudiciū. totus mūdus moreretur. quod patet in hoc ꝙ oēs homines ad aduentum morientur.

Exempla de iudicio et accusatione sanctorum.

Capitulum IIII. A

QUidam scolaris cum adamasset quandam anteq̃ iuisset ad scolas. cedens de eis. cum illa sollicitaret eū venī mecum aīt. et duxit illam in medio foro. t dixit ei. Hic para te vt agā qđ vis. Illa dixit. non hic vbi videret nos homines. sed in domo. Respōdit. Si tu nō vis hic ꝓpter homines. nec ego in domo ꝓpter deum. t celestem curiā. q̃ me videret. Item ad illud ptinet exemplū de thaide meretrice. t pānicio supra de speciebus timoris. B Dicitur ꝙ cum qđam barbitonsor singulis annis festum faceret beati nicolai. reficiens clericos aliq̃s cum deficerēt ei carnes ad hoc necessarie. furatus est porcū cuiusdam vicini sui. cogitans cum diues esset ꝙ non esset peccatus. Quē cū nollet deus sic decipi. venit ad eum in specie cuiusdam hominis. quasi ꝓ raden da barba sua. qui cū vellet ei collū primo madidare. inuenit collū plenū oculis. Et cū resiliret p̄ stupore. t quereret quid hoc esset. aīt illi dñs. Ego sum ille qui video ante. t retro. t vndiq̃ qui bene vidi quando in tali hora. t in tali loco furatus es porcū talis hois. sed restitue ne damneris. quia immolātis er iniquo oblatio est maculosa. Eccli. xxxiij. c. Et hoc dicto disparuit dñs

E Item in passione beati ypoliti legit ꝙ decius t valerianus p̄fect⁹ traditi sunt beato laurentio t ypolito cruciandi. q̃ eos torserant et occiderāt. Dicitur aūt ibi. ꝙ cū Decⁱ⁹ imperator t valerianus p̄fectus de curru aureo descēderent in theatrū post passionez beati Laurentij t ypoliti. vt christianos iudicarent t supplicijs interficerent. subito arreptus a diabolo Decius clamauit. Ypolite catenis asperis ducis me. Valerianus clamauit. O laurenti catenis igneis me trahis. Qui statiz presente decio expirauit. Decius autem per triduū grauiter afflictus t vexatus a dīa bolo mortuus est. Ad idem est qđ dicit Grego. dyal. xxxj. de hoc ꝙ quidā heremita vidit iohannē papam. t Symmacum patricium. quos scz Johannē in carcere theodoricus rex affligendo occiderat. t alium ferro trucidauerat. scz Symacum. ducentes dictum theodoricum regem vinctum catenis proijci in vulcanum. De hoc habetur etiam supra. ij. C. D Item in passione sancti Georgij. cum dacian⁹ rediret de martirio beati Georgij cū socijs suis. igne de celo missō sunt consumpti. Et notā dum ꝙ mali virga sunt t baculus quo dominus flagellat bonos. iuxta illud ysa. x. a. Ve assur. Virga furoris mei assur. t baculus me⁹ est ipse. Sicut pater postq̃ virga verberauit filium suū ad placandū eum dat ei virgam qua verberatus est in manu vt de ea faciat voluntatem suam. et se de ea vindicet. frangendo et in ignem ꝓiciendo. Ita deus in manus sanctorū ponit malos per quos ipse tanq̃ virga flagellauit bonos. vt eos in ignem inferni ꝓiciāt et eos ad voluntatem suam flagellent Dal. vlt. Salietis sicut vituli t calcabitis impios t̄. Unde de hoc elegās ponit exemplum Grego. dyal. j. de rege vandalorū. cui visum fuit de nocte ꝙ rapetur ad iudicium. t ꝙ videret iudices sedentes in tribunali cōtra se iudicantes t flagellum qđ acceperat repetentes. inter quos vidit paulinū epūm qui cum dedisset pro captiuis quicquid habuerat. dedit se captum pro filio vt due liberando. et factus est ortulanus generi regis vandalorū. cui mortem dicti regis p̄dixit. et ille regi. Qui mortuus est vt paulinus epūs predixit. t flagellum potentie per quam multos bonos flagellauerat reddidit. et potens potenter tormēta passus est. et ipse datus est sanctis quos torserat ad torqn dum. E Item nota ꝙ si tam sancti hoies. t innocentes t virgines vt fuit iohānes. Apoc. j. t Daniel eiusdē. viij

et.x.viso vnico angelo ꝙi mortui ecci derunt.cum mitterenꝫ ad eos consolationē.quid facturi sunt peccatores in iudicio videtes tot sanctos et angelos missos ad eos desolationē ⁊ ꝺemnationē ¶ Iudicabit dñs ꝑm intētiones ad exemplū cuiusdā iudicis.cuius quo venerūt duc mulieres de vno globo filii.quibet dicebat ꝙ globus suꝰ erat.Tūc iudex quesiuit a qualibet cū quo inchoauerat globuz.Altera dixit ꝙ cum carbone nigro.altera ꝙ cū panno albo.Tunc iudex dixit.Revoluite globum quale fuerit initium.⁊ reddite filum illi cuius patebit inicium.In initium boni operis est munda intentio. que lucrabitur boni operis globum.si autem male intentionis carbo inueniatur ibi.iudicabitur opꝰ malū.Matth. vij.Arbor mala.i.intētio mala fructꝰ malos facit et bona bonos.id est opera bona.Eccl.x).In fine hominis denudatio operum eius. ¶ Legitur in vitis patrum ꝙ quidam rex bonus habuit quendā militē in armis ꝓbum sed in moribus ⁊ vita corruptū ⁊ reprobū.Frequēter ammonitus in sanitate tenebat se corrigere.Cū aūt imperatoria infirmitate ferirēt a rege visitatur ad penitendū ⁊ ꝓfitendū moneꝫ.Qui hoc renuit dicēs.ꝙ hoc videreꝫ facere extimiditate cordis ⁊ restabat ei satis de tpe ad hoc faciendū.Cum aūt grauior infirmitas succresceret.et iudicare tur esse in periculo mortis.adhuc eū rex visitauit monens ad penitendū.Qui dixit.O domine mi rex.nimis tarde ē cum iam sum iudicatus ⁊ damnatus non possum penitere.quia ante paruz anteꝙ huc ingrederemini.intrauerūt domū istam duo clarissimi ⁊ speciosissimi.quorum vnus sedit ad pedes lecti mei.et alius ad caput.⁊ dixerunt.Iste adiudicatus est morti.videamus si aliquod ius habeamus in eo.Et vnus extraxit librū de sinu speciosissimuz.et valde paruulū litis aureis ⁊ fulgētib⁹ conscriptum.in quo ꝙ ante lras nescie bā oīa legi ⁊ sciui.et vidi cōscripta aliqua bona licet pua que fecerā in iuuētute mea anteꝙ mortaliter peccassem. Sed cū miro mō exultarē in visiōe horū.ecce duo maximi et teterrimi demones intrauerunt.vnus portauit vnū librum magnū ad modū turris.scriptuz teterrimis litteris.in quo vidi scripta omnia peccata ⁊ flagicia mea.⁊ dixerunt demones angelis qui astabant. Quid hic facitis cum in eo nullū ius habeatis.cū liber vester iam ex annis multis nihil valeat sed noster ꝓualeat Tunc angeli respondērūt.ꝙ verum dicebant.recedamus ⁊ sibi adiudicatum dimittamus.quod fecerūt.Extūc duo demones hītes gladios mortis scindunt me.vnus ex pte capitis.alius ex pte pedum.ecce pcutiunt sup oculos ⁊ pedes.⁊ amisi visum ⁊ pedes.et sic accedentes vsqꝫ ad cor.subito cuz occiderunt.animā rapuerūt.⁊ in infernū deportauerunt. ¶ Cū quidā paꝰ secans tabernas filiū puulum duceret ibi secum.factus grandis ita assuetus ludis est ⁊ tabernis.quod nō poterat retrahi.⁊ furabaꝰ primo pri.post vicinis q̄ ibi expenderent.Nec pr̄ suus primo corrigebat eū.Et cum factus essz magnꝰ fur et iudicatus duceret ad suspendiū.rogauit ꝓ deo vt aduocareꝫ ei pr̄ suus.Qui cum venisset ⁊ fleret.rogauit eum filius vt oscularetur eum ⁊ remitteret ei iniurias.Quod cum faceret pater ita momordit illū filiꝰ vt amputaret ei nasum cū labio.Et cū de hoc arguereꝫ ait.ꝙ melius debuisset eū occidere si potuisset.quia non ipsi baiuli sed ipse pater eū ad suspēdiū ducebat q̄ eū nō corripuerat.sed potius exemplo suo corrupat.Et dicit ꝙ dimissus ob hoc vitam suā correxit. ¶ Audiui de quodā cpo quem aliquādo ego vidi.ꝙ cum egrotaret apparuit ei diabolus dicens.ꝙ citabat cum summus papa p eū.⁊ assignabat ei diē quā ei nosauit.in qua dicebat oportebat eū rōem reddere de amministratōe sua Cui die

assignata visum est q̄ ipse traheret in cām cōtā papa. et q̄ diabolus q̄ ei apparuerat cōtra eum de eo petebat ius a papa. de amministratiōibus suis q̄liter amministrauerat in officio prioratus quē ante habuerat. et qualiter in officio abbatis. tercio in officio episcopi fuerat cūm niger prior. abbas albus. et tandem erat epūs. Cū autē requireret de officio prioratus. et nesciret de qua tionē reddere querit̄ ratio de abbatis officio. in qua rōne magis deficiebat. et maxime post in rōne epatus. Cū autem in ea oīno deficeret. et peteret aliā diem sibi assignari. allegans q̄ non fuerat in ratione dicta p̄meditat⁹. assignatur ei alia dies pemptoria. illi valde p̄xima in q̄ debebat iudex procedere ad sententiā diffinitiuā. Cū aūt p̄ hoc eiularet fortiter ad clamorē eius conuenit familia eius. Cum hec dicta suo cōfessori indicass̄ et pluribus aliis. die seq̄nti apparuit ei diabolus qui p̄i⁹ ei apparuerat vrgens eum ad reddendā rationē veniendū coram summo iudice. Qui cum se nondū paratus clamaret. et eius aspectū horreret. et diabol⁹ cū magis purgeret. multis oīnibus astantibus surrexit de lecto in quo iacebat. volens fugere et demonē effugere. Cū aūt fugeret cum impetu impegit in columnas petens inducias. et elisō in ea capite cecidit et expirauit ℟ Audiui q̄ cum q̄dam frater noster p̄dicasset in quadā ciuitate tuscie. et cum q̄ affuerant recitarent verba eius. et omendarent p̄dicationē eius. audiēs hoc q̄das demoniacus qui ligatus tenebatur ibi ait. imo potius diabolus p̄ eum loquebat. Q hoies iste frater nihil dixit populo ad p̄pationē huius q̄ ego p̄dicarem. si p̄ppō mihi loqui p̄mitteret. Si aūt ppīm quo caueritis p̄mitto vobis q̄ veritatē p̄dicabo. et in nullo mēt̄iar et q̄ in pace me habebo nullū oīno ledens. Cū aūt suasu aliquor ppīus ad uocatus venisset. incepit retexere hystorias multas et de casu suo. et homīs. et quō multos miserat deus in mundum p̄dicatores. ppetas. filiū suum. apostolos. martires. p̄fessores. p̄dicatores. et minores. et ne aliq̄d omittat de⁹ de contingentibus noueritis ait me esse diabolū. q̄ vobis p̄cipuor veritatē predicare. vt deus magis habeat in die iudicij q̄d vobis imp̄opet. et vñ vos ego magis accusem. et vobis obiciat p̄ ipsos diabolos veritatē vobis p̄dicatam fuisse Et vt vere diabolum me sciatis. ecce egredior. Et exiuit cum magno sonitu ab obsesso parte domus secū ferens

℣ Dicit q̄ accidit in theutonia q̄ q̄dam archidiaconus ambiens epatū insidiabat epō suo bono viro et senq̄ quō cū occideret Et cū p̄sueuisset dict⁹ eps venire ad matutinas. et uenire alios ad salutandā btām vginez. et intrare p̄ quandā portā veterem. collocauit archidiaconus lapidē sup portā dictā et veniens eps vt p̄sueuerat. et apiens portā lapide cadēte excerebrat et mouit Archidiaconus cū multo labore obtinet epatum. Cunq̄ p̄firmatus gaudēs obtineret et faceret conuiuiū receptōnis sue. q̄dam p̄inceps seruiens in mensa cora eo flexis genib⁹ subito rapit̄ ante tribunal summi iudicis. et videt ibi beatam virginē cū innumera multitudine sanctor et angelor adducentem dictum epm portantē cerebrū suū in manibus suis. Et dixit btā virgo. fili ad huc recente sanguine et vulneribus et cerebro. huius mei militis cui⁹ hec sūt vulnera hic sanguis. hoc cerebrum. crudelis et p̄ditor homicida gaudet se obtinere pontificalē eius dignitatez. Respōdit dñs. Quē mittā et quis ibit nobis. Tūc beata virgo ait. Ecce hic seruitor suus. Cui dñs p̄cepit sub pena mortis. vt citet dñm suū p̄emptorie vt cito veniat coram eo de tā nefando crimine respon surus. et ei causam coram oīnibus exprimat. Qui statim rediens turbat⁹ infremuit. tremuitq̄. et cultellū quē tenebat ad seruiendum p̄cepit amarissime flens. Rogatus ab oib⁹. et cū

ab ipso epō cām pandit. Qua audita eps subita morte ptussus ibi cozā oīb⁹ mortuus est. ¶ Item q̄ angeli accusant pctozes oīdit in visione cuiusdā heremite. de quo dī in vitis patz. Q cū aliq̄n venisset de heremo ad q̄ndam ciuitatē primā ad vendendū cophinos quos fecerat nec inueniret hospiciū in ciuitate p̄dicta, collegit se in angulo quodā iux̄ viā vbi orabat. Facta nocte pfunda venit hō ad eū cū laterna q̄rens quid ibi faceret. Qđ ab eo audiens ducit eū ad hospiciū cū maxima hilaritate z charitate eū suscipiens z tractans. z ei largiter ministrans. Qui admirans charitatē dicti hois adiurauit eū vt ei diceret vitā suā. Qui refert se esse latomū. z q̄ lucrū suū diuideret in tres ptes. De vna ipse z familia sua viuebat. Secundā in oblationes z alias elemosinas erogabat. Terciā ad hospitalitatē viroz religiosoz reseruabat Cū aūt redisset ad cellā suaz cogitans q̄ bonus esset dispensatoz hospes suus aiebat apud se. q̄ magnū damnū esset. q2 nō habebat magnā pecuniā ad dispēsandū. rogauit dīm vt eius pecuniā multiplicaret. Cū in b̄ pseueraret mittitur ei angelus dicens. q̄ fortasitan melioz esset ei mediocris substātia q̄ nimie diuitie. Cū heremita nō acq̄escceret. q̄rit angelus si vellet fideiubere p eo q̄ bene vteret datis diuitijs. Fideiubet heremita. Cū aūt in mane latom⁹ iuisset ad quendā muz antiquū diruendū. inuenit caueā plenā aureis denarijs. portat ad domū suā. fugit cū auro cōstantinopolim. acquirit cū muneribus grām imperatoris. fit baliuus eius. Et post q̄si dñs terre factus opprimebat pauperes terre. Rapit heremita ad iudiciū videt z audit angelos q̄rimonias offerentes dño de dicto latomo. a diuersis angelis z p diuersis malicijs accusat. Dicit iudex vt p eo fideiussoz rñdeat. Cū autē ille stupens ac tremens nō audiretur a quo q̄ z nesciret quo se verteret. audit angelos clamātes. Occurrite auguste venit. Intelligens hanc esse beatā virginem psternit se ad pedes eius. Qui pcibus eius obtinet. vt mittat cōstantinopolim ad eū reuocandū. Qui cū vadens ibi multotiens attemptans et loqui. z se ingerens verberatus fuisset a seruis eius quasi ad mortē. cū nō posset ei loqui redit ad cellam suā. affligens se z rogans beatam virginem. Qui rapitur vt prius. z audit que z prius. z etiā plures z grauiozes accusationes. Venit beata virgo vt prius. impetrat et allegando p eo apud iudicem. q̄ liberet a fide iussione. Moritur imperator. alius substituit. Qui cū vellz capere dictū balliuū. fugit in barga. pauper redit ad locum suū z officiū. z ad penitentiam. z assueta opa pietatis. Cum aūt dictus heremita veniret ad ciuitatē cū quodā discipło suo in quo prius latitans orabat. tunc dictus latomus cuz laterna veniens recepit eum vt prius. Ipse autem incompabiliter gaudens refert oīa facta discipulo suo q̄ prius dicta sunt. ¶ Item q̄ sancti accusant. audiui a quodam epō q̄ quidam homo in ciuitate turonen. consueuerat venire ad matutinas maioris ecclie. z cū visum fuisset ei q̄ fuisset pulsatum. venit ante horam. inueniens portas apertas intrat z orat retro colūnam. videt lumen maximū intrare p ecclīam. angelos asportantes thronū lucidū. z iudicem sūmū sedentē in illo throno. z angelos assistētes ei. Tunc venit beatus martinus cū multitudine socioz accusantiū quendā archiepm illius ecclesie de mltis flagitijs. z q̄ tā indignus auderet occupare cathedrā beati martini Citatur. adest indutus pontificalibus sedens in cathedra accusat de oīb⁹ malicijs suis. nescit quid rñdeat. Tunc dñs quasi indignatus pede suo ad accusationē beati martini z alioz illum percussit. z cum cum sede euertit. z post visio recessit. Ille autem qui hoc viderat ad domū episcopi currit. familiam excitat. rogans vt videret quid circa dīm

